

Thomas Lindemann    Theodor Varmerier

## **Disputatio Iuridica De Iuribus Maiestatis Et Regalibus**

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730623513>

Druck    Freier  Zugang




Majestäts- und  
Königsrechte

Verf. Th. Karmeier

Th. Lindemann.

R. U. jur. 1613.







DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
JURIBUS MA-  
JESTATIS ET  
REGALIBUS

QUAM  
DIVINI NUMINIS IMPLORATO  
AUXILIO

Consensu & autoritate Amplissimi Facultatis  
Juridicæ Senatus in alma Rosarum Academia

PRÆSIDENTE


*Viro Clariss. & Consultiss.*

Dn. THOMA LINDEMAN, J. U. D.  
Professore ordinario, ac pro tempore DECANO  
spectabili, præceptore & fautore suo  
plurimum colendo,

PUBLICE DEFENDET  
THEODORUS VARMEJER  
Osnaburg. Westph.

*In auditorio majori ad diem 15. Majj.*

R O S T O C H I  
Typis Joachimi Pedani, Anno 1613.



1613





REVERENDISSIMO AC IL-  
LUSTRISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,  
DOMINO,

PHILIPPO SIGISMUNDO,  
OSNABURGENSIVM AC VERDENSIVM  
POSTULATO EPISCOPO, BRUNOVI-  
CENSIVM ET LUNEBURGEN-  
SIVM DUCI,

PATRIÆ PATRI  
JUSTITIÆ DEFENSORI  
PACIS CONSERVATORI  
MUSARVM ANTISTITI,

PRINCIPI MEO CLEMENTISSIMO  
*vitam & benedictionem.*



*Celestissimi  
Tuae*

Annus jam agitur, PRINCEPS ILLUSTRIS-  
SIME, vigesimus secundus quo patriæ meæ carissimæ, singulari  
omnium benevolentia, concordibus suffragiis, magnaq;  
totius populi expectatione & acclamatione Reveren-  
sima C. T. fidei concredita est administratio. Cui qua-  
pietate, humanitate & admirabili prudentia Reverendis-  
sima C. T. præfuerit, & adhuc, laus Trinuni, præsit, ditioni  
tuæ subiecti satis superq; protestantur, & uno velut concentu fatentur omnes.  
Te enim Principe nostro pietissimo vera flor. RELIGIO, te JUSTI-  
TIÆ præfule mali poenarum metu in officio & debita obedientiâ retinentur,  
boni verò rebus suis pacificè ac suaviter utuntur: tu delinquentibus terribilis,  
placidis autem mansuetissimus & mitis es, paternamq; providentiam exhibes;  
ea De-



de Domino benignissimo subditi luculentiores redduntur, & senes in otia  
tura recedunt; & ut uno verbo omnia complectar, sub clementissima Reve-  
rendissimæ C. T. protectione, Pietas, pax, & justitia se invicem osculatæ sunt.  
Ut enim a sole in subiecto hoc orbe lux aut tenebræ: sic à principe apud sub-  
ditos recta plæraq; aut prava. Hinc te velut beneficium & salutare quoddam  
numen certatim meritò aspiciamus, veneramur, colimus, & Patriæ Patrem saluta-  
mus. Utinam multos germania nostra præfules ac Heroes tui similes suspiceret,  
qui veram & sinceram RELIGIONEM tot fluctibus ac procellis agitaram,  
tot undiq; fœdarum superstitionum velut examinibus oppressam quasi ab interitu  
vindicare & Sacrosanctam Themidem è cælo revocare conarentur. Sed cum  
virtutes tuas PRINCEPS ILLUSTRIS, pro merito & digni-  
tate satis illustrare, & laudibus extollere non possim, ad id, unde digressus sum,  
regrediar. Cum itaq; Reverendissima C. T. provinciam demandatam sine  
prudenterum consilij & autoritatibus feliciter regi haud posse optimè explora-  
tum haberet, viros clarissimos, prudentia gravissimos, consilij sanis pollentes,  
quos in gravibus consultationibus adhibere, quorumq; scientiâ subsectorum  
vita ad obediendum DEO, & Reverendissimæ C. T. ejus ministro, informari  
posset, prudenter sibi elegit, & in eorum numerum virum Clarissimum & Con-  
sultissimum Dn. Jacobum Varnejer, J. U. Licentiatum patrem meum dile-  
ctum, omniq; observantiæ cultu prosequendum; anno post susceptam admini-  
strationem secundo, cooptavit. In qua statione positus, cum se virum, & ta-  
lem, qualem in ea dignitate constitutum decet, præberet, in ardua pro salute  
patriæ causa Lubecam, emporium celeberrimum, & Hansiaticarum civitatum  
caput ablegatus est, quam spartam qua fide & prudentia ornarit, Reverendissi-  
mam C. T. cujus famæ inde passim increbuit, ipsam provoco. Postea cum  
parens meus colendus, eo in munere sedulitatem, in consilij dexteritatem, ma-  
gis Reverendissimæ C. T. testatam faceret, singulari cum clementiæ significati-  
one GOGRAVIATUS officium, cum per annos septem Reverendissimæ  
C. T. à consilij fuisset, ipsi demandatum est. Quas utriusq; muneris sui par-  
tes in hunc usq; diem sustinet, qua fidelitate, industria & laude, me ex alijs po-  
tius audire, quam proloqui decet, faxit ille qui omnia, ut ille te Principe, & Re-  
verendissima C. T. ipso Consiliario ac Gogravio, gaudeat quam diutissime.  
Nec his solum & infinitis alijs patrem meum cariss. Reverendissima C. T. bene-  
ficijs ornavit, verum etiam in me filium munificentiæ & liberalitatis suæ non  
ita pridem, cujus memoria nunquam apud me erit interitura, rivulos copiosè de-  
rivavit. Quam Reverendissimæ C. T. singularem benignitatem dum in-  
mentem revoco, publica aliqua significatione, gratitudinem meam reverenter &  
demissè declarare, & acceptorum beneficiorum memoriam aliquo obsequio  
contestari, & futuri fiduciam promptitudine voluntatis alere ac demereri, mea-

F. L. M.



rum partium esse arbitratus sum. Nam cum omnibus virtutibus affectum me esse cupiam, tum nihil est quod malim quam me & gratum esse & videri. Hominem enim ingratum si dixeris, omnia vitia dixeris.

Quod reliquum igitur est, abs te, Reverendiss. & Illustriss. PRINCEPS, Domine clementissime, quem simul cum dulcissima Patria Patrem & Dominum subjectissimè agnosco clementissimum, honoro, veneror, summis precibus contendo, ut qua soles clementia & bonitate aliorum studia & conatus suscipere, hunc quoq; studiorum meorum fructum, Reverendissimæ C. T. jure debitum, humaniter excipere haud dedigneris, & quicquid ejus est, quod offero, tuum esse patiaris. Hoc autem dum peto me ipsum ac studia mea Reverendissimæ C. T. decenti animi submissione commendo, impendiò rogans, ut qua hæcenus parentem meum observandum, & me gratiosâ prosecuta est clementia, ea porro nos foveve non desinat. Unigenitus Dei filius Reverendissimam C. T. cum patria charissima, totâq; Illustriss. Domo Brunsvigica, ad sacratissimi sui nominis gloriam, & subditorum utilitatem sospitet, omnibusq; bonis & fortunis indies magis magisq; florentem quam diutissimè conservet, & deniq; consilia omnia, ad RELIGIONIS, LEGUM, JUDICIORUM, disciplinæ & tranquillitatis conservationem dirigat. Hæc voti sit summa mei, quod ut fortunet, qui unus operatur omnia in omnibus, ego cum illis quorum maxime interest, serijs votis contendam. Dabam in incluta Rosarum Academia & Museo meo 10. Majj, Anno à nato Christo suprâ millesimum sexcentessimum decimo tertio.

*Reverendissimæ  
Illustrissimæ  
C. T.*  
R. & Ill. C. T.

*Subjectissimus*

*Theodorus Varmejer  
Osnaburgâ Westph.*

Regalium



R<sup>8</sup>egalium materiam ut augustissimam & intricatam; sic & necessariam ac utilem disquisitioni publicæ exhibitori, non abs re nos facturos arbitramur, si prius, quam ad ipsam definitionem accedamus, nominis & originis rationem præmittamus, memores illius Philosophorum principis, eum qui virtutes vocabulorum ignorat, facile à Sophistis decipi.

### ASSERTIO I.

**R**egalia itaq; (Germanis *Herrligkeit* dicta, *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 1. n. 19. & c. 5. n. 105.*) à Rege nomen habent, eò quod ei soli competant, & à quo, tanquam ex fonte omnes dignitates, jurisdictiones & præminentia, mediare vel immediate fluant. *Rosenth. synops. feud. c. 5. conclus. 1. n. 3. Mar. in spec. part. 4. dist. 5. n. 3. Roland. à Vall. vol. 3. consil. 4. n. 14. Andr. Knich. de jur. Sax. in verb. Ducum Saxonie. c. 1. Sixtin. d. lib. 1. cap. 4. n. 3. & seqq. Quem regem jure feudali dicimus Imperatorem. l. F. 26. vers. His enim, & seq. Vult. de Feud. lib. 1. c. 5. n. 6.* (Nam & moris est, ut prius creetur Rex Romanorum, ac postea Imperator inauguratur. *Rosenth. d. loc. Aur. Bull. Carol. IV. tit. 1. 2. & passim*) Quemadmodum in jure civili per Principis vocabulum simpliciter prolatum *ἡγεμῶν* intelligitur. *l. 1. de constit. princip. §. sed & quod Inst. de I. N. G. & C. Sixtin. d. c. 4. n. 23.* Regalia igitur Imp. jura significant. *Hotom. in lexic. feud. verb. Regem.* quo etiam sensu in *cap. un. 2. F. 56.* accipi, dubium est nullum.

### II.

Et sunt jura in signum superioritatis ac præminentia summo Principi proprie, & suo jure; alijs eum superiorem non recognoscentibus, ad exemplum ejus; vel superiorem eum recognoscentibus, ex ejusdem concessione, ad dignitatem & utilitatem Imperij conservandam, competentia. *Rosenth. d. concl. 1. n. 2. Sixtin. d. c. 1. n. 14.*

A

Rectè



## III.

Rectè dicimus REGALIA ESSE JURA SUMMO PRINCIPALI COMPETENTIA. Nam cum optimus maximusq; Princeps Romanus infomnes noctes ducat, ut subditis quietem præparet, *Nov. 8. in præfat.* & pro toto orbe diu noctuq; suis consilijs, suisq; laboribus laboret, quare non dignam suâ fortunâ prerogativam habeat? *l. fin. C. de Quadrien. præscript.* Pro immenso itaq; quem pro Imperio sustinet, labore, quasi præmia propriè & suo jure Imp. habet Regalia, *Covar. in c. peccatum part. 2. §. 5. n. 5. de reg. jur. in 6. Borch. ad c. un. quæ sint Regal. n. 2. in quem, & cui omne suam Imperium & potestatem lege Imperij populus contulit l. 4. de constit. princip. §. sed & quod Inst. de I. N. G. & C. §. 7. de concept. ff.*

## IV.

Additur: ALIIS PRINCIPEM SUPERIOREM NON RECOGNOSCENTIBUS AD EXEMPLUM EIUS COMPETERE. Etiam si enim Imperat. ut Imperij capiti & Monarchæ Regalia sua competant; per multa tamen secula reperti sunt, etiamnum hodiè inveniuntur, qui neminem nisi DEUM & ENSEM recognoscentes in suo principatu ac Republ. non minus ac Imp. in Imperio caput sunt, & supremæ potestatis, dignitatis ac præminentix jure Regalia sibi vindicant. *Zaf. in Epir. feud. part. 5. n. 4. Peregr. de Jur. fife. lib. 1. tit. 2. n. 44. Balb. de præscript. part. 2. §. princ. q. 2. n. 5. Ros. d. c. 5. concl. 10. lit. a. Sixtin. de Regal. c. 10. n. 20. Vult. d. n. 7. vers. alijs etiam.*

## V.

Imò plus juris habet Rex in suo regno, quam Imp. in Imperio. *Zaf. d. loc. n. 5.* Rex enim loco Domini habetur, & regnum magis assimilatur dominio, quam regimini simplicis; *Bald. conf. 271. n. 3. & 4.* Imp. vero non est proprietarius, sed maximus Imperij administrator, cujus ad hoc, per Principes auctoritatem illam habentes, eligitur industria. *Peregr. cit. loc. n. 45. & seqq. Knib. d. c. 1. Sixtin. d. c. 4. n. 16. & 17.* Quid? quod quilibet superiorem non recognoscens, jura principis habeat, & sibi Rex, sibi Imp. sit. *Bart. in l. infamem. 7. n. fin. de publ. judic. Sicbard. ad rubr. C. vectig. nov. n. 4. Frid. de process. lib. 2. cap. 43. n. 4.*

Sub-



## VI.

Subjungitur: IMP. SUPERIOREM RECOGNOSCEN-  
 TIBUS EX EJUSDEM CONCESSIONE REGALIA COM-  
 PETERE. Concessionem hic intelligimus expressam, vel ta-  
 citam, quæ est præscriptio. Et his duobus modis ea acquirun-  
 tur. *c. super quibusdam, §. præterea ext. de V. S. c. quod translatione*  
*ext. de offic. legat. tot. tit. C. vectig. nov. l. 10. de public. & vectigal. Rosenth.*  
*d. c. 5. concl. 10. n. 1. VVesemb. consil. 45. n. 22. & cons. 60. n. 2. & 3. Myns.*  
*4. obs. 24.*

## VII.

Illæ fit, quando territoria unâ cum Regalibus ab Imp. in-  
 feudum conceduntur, vel etiam sine ullo territorio hæc sola.  
*Vult. d. num. 7. versic. atq; possunt.* Et hæc sententia Dd. est com-  
 munissima & ipso etiam usu recepta, adeoq; vera, ut, dicente  
*Ripa resp. 80. n. 1.* is qui Principem regalia posse concedere nega-  
 verit, in crimen læsæ Majestatis incidere videatur. *l. 3. C. de*  
*Crim. Sacril. c. si quis suadente, §. committunt. 17. q. 4. Gail. 1. Obs. 14. n. 6.*  
*Sixtin. c. 5. n. 2.*

## VIII.

Concessio verò hæc ita fieri debet, ne in gravem Imperij  
 læsionem & præjudicium vergat. *Ros. concl. 10. n. 2. Zas. d. part. 5.*  
*n. 15. Roland. Vol. 2. cons. 1. n. 120. Peregr. lib. 1. tit. 3. n. 74.* Quocunq;  
 igitur modo concessio Regalium fiat, semper ipsius Imp, vel al-  
 terius superiorem non recognoscentis, superior potestas (quam  
 in Hispania MAIORIAM vocari dicit *Covarr. lib. practicar. obs.*  
*6. 4. n. 1.*) ea concessione non videtur comprehensa, sed potius  
 major, quam est concessa, illis est reservata & retenta. *c. dudum*  
*§. nos igitur de præbend. in 6. Peregr. d. tit. n. 75. & seqq. Heig. p. 1. q. 9. n.*  
*18. Roland. Vol. 2. cons. 1. n. 135. & seqq. Narr. cons. 487. n. 24. & seqq.*  
 Non enim credendum est Principem fontes suos derivasse foras,  
 ut nihil penes se retinuerit *Ceph. lib. 4. cons. 539. n. 49. Knich de*  
*jur. territ. cap. 1. n. 314. & seqq. Arnis. de jur. Majest. lib. 2. c. 2. n. 4.*

## IX.

Neq; plenitudo potestatis in Principes inferiores cadit, nec  
 eam Princeps salvo Majestatis suæ jure in alios transferre potest,  
 sicut nec radij solis à sole separari possunt. *Bald. in tit. de feud.*



*March. in pr. 1. F. 14. Roland. d. loc. VVesemb. conf. 47. n. 9. Heig. d. part. 1. q. 4. n. 25. Rauchb. part. 2. q. 11. n. 30. & seq. Bodin. lib. 1. de Rep. c. 10. n. 149. Arnif. d. c. 2. n. 1.*

X.

Potest tamen Imp. vel alius superiorem non recognoscens, aliquid potestatis summæ alij communicare, ita ut eam non omnino in ipsum transferat, sed in partem sollicitudinis, non verò in plenitudinem potestatis assumat: *Baptist. in l. Imperium 3. de juridict. n. 34. Natt. conf. 636. n. 169. & seq. Peregr. d. tit. n. 72. Heig. d. loc. Ne alioquin duæ superioritates in uno Imperio constituentur. Quod tam legi Regiæ, quam naturæ contrarium existimat Bald: cum superioritas superiorem aut parem habere nequeat: c. in apibus 7. q. 1. Thom. Mich. de juridict. concl. 8, & Majestas desinat statim esse Majestas, atq; illi æqualis, potestas obducatur. Arnif. d. loc. n. 2.*

XI.

Huc pertinet, quod Electores Imperij in partem sollicitudinis ab Imp. constituti, expressè dicantur, & Imp. eos vocet, propinquiora sua membra, partem corporis sui, columnas, & latera, solidasq; bases Imperij, insuperq; addat, eos sacrum ædificium circumspectæ prudentiæ solerti pietate sustentare, suo præsidio dexteram Imperialis prudentiæ roborare, suâq; prudentiâ orbi fluctuanti subvenire, *Aur. Bull. c. 2. 3. 12. 24. & ult. Heig. q. 4. n. 22. & seqq. Sixtm. lib. 1. c. 5. n. 103. & lib. 2. c. 20. n. 20. & seq.*

XII.

Quin imò etiãsi maxime velit Imp. non tamen poterit, adjecta etiã illâ clausulâ: NIHIL SIBI RESERVANDO, vel; CUM TRANSLATIONE IMPERII, ET POTESTATIS; : & CUM OMNI JURE, talis concessio fieri, ut potestas suprema in alium transfundatur. *Covar. d. loc. Sixtm. d. c. 5. n. 4. Arnif. d. c. 2. n. 4.* Hinc quamvis Princeps concedat, inferiori aliquid de reservatis, intelligitur tamen non cum plenitudine concedentis, sed eo modo, quo ea exercere potest. *Knib. d. loc.*

XIII.

Præterea in detrimentum Imperij nihil concedere potest  
Imp.



Imp. *Hotom, illustr. q. 1.* Ea enim saltem potest, quæ in augmentum vel conservationem reipublicæ cedunt. *c. un. 2. F. 52. & 55.* Et nulli magis convenit, quam ei, salutem reipublicæ tueri. *l. 3. in pr. de offic. prefect. Vigil. Gail. 1. de pac. publ. c. 1. n. 1. & 2. & c. 3. n. 11. & seqq.* Ideoq; haud secus ut tutor sua potestate Imperij Majestatem augere, & omnes nervos, ut provincias à Romano Imperio avullas recuperet, non verò subjectas diminuatur, intendere debet. *§. quorum in proem. Instu. Nov. 80. in pr. Nov. 78.*

#### XIV.

Imò juramento obstrictus sanctè tenetur. *c. intellecto, ext. de jur. jur. c. Abbate de sentent. & re judicat. in 6.* Ideo enim Imperio præficitur Imp. ut per eum huic consulatur. *l. 2. §. 11. de Orig. jur. Zoannett. de Rom. Imper. n. 174.* Quod etiam ipse titulus *allezeit mehrer des Reichs* satis apertè profitetur. *Quo Bald. in c. licet causam vers. item non potest, ext. de probat. resp. xisse videtur ubi inquit,* Imp. non ad destruendum, sed ad augendum Imperium electum esse, cum illud diminuendo homicida suæ dignitatis fieret. *Roland. Vol. 2. consil. 1. n. 132. & seq. Knich. de jur. Saxon. in verb. Ducum Saxonie c. 1. Thom. Michael. concl. 15.*

#### XV.

Quod si in totius Imperij vel coronæ detrimentum alienatum quid fuerit, hoc nullo tempore ratum nec irrevocabile censendum est, etiamsi mediante juramento alienatio facta fuerit. *Rosenth. d. c. 5. concl. 12. n. 2. Roland. d. cons. 1. n. 106. Zoannett. d. tr. n. 169. & seqq. Peregrin. lib. 1. tit. 3. n. 74. Sixtin. d. c. 5. n. 5.* cum ejusmodi alienationibus, fides professionis Imperatoriae frangatur. *c. sicut ex literis extr. de jurejurando,* & Imperio, uti tertio, tale juramentum præjudicans, omninò non sit servandum. *c. cum contingat. c. si verò d. tit. Zoannett. n. 175. Thom. Mich. concl. 16.* Neq; enim vinculum iniquitatis esse debet, *c. quanto d. tit. c. 1. eod. in 6. c. Inter. cetera 22. q. 4.* Et aliàs juramentum non firmare actum jure prohibitum, manifesti juris est. *l. si quis 12. §. fin. de legat. 1. l. 5. C. de L L.*

#### XVI.

Cum igitur ditiones & provincias alienare, & quicquam quod coronæ præjudicium, vel grave detrimentum afferre possit,



concedere Imperatori non sit licitum, multo minus eundem Regalibus, ad Imperij Majestatem spectantibus, se ita exuere, orbare, ijs in locis, ubi ea concesserit, ut ne quidem jus superioritatis retineat, posse dicendum est. *Peregr. d. tit. 3. n. 75.* Quia secundum communem Interpp. sententiam, ditiones & regiones citius ac facilius à Principe avelli possunt quam Regalia.

#### XVII.

Fit autem legitima Regalium concessio per privilegium, vel investituram, tam abusivam, quam veram. Et in utraq; ut iusta aliqua & urgens causa interveniat, necesse est. *Sixtin. d. c. 5. n. 33. & seqq. Roland. vol. 2. Consil. 18. n. 77. l. 1. C. Vestig. nov. Instit.* aliàs revocabitur. *Peregr. d. tit. 3. n. 74.* ubi dicit, quod eorum, quæ immediate ad jus principatus, & Regiam coronam spectant, non facile sit concedenda alienatio. Hinc Electorum consensus in concessione Regalium nonnunquam requiritur. *Sixtin d. c. 5. n. 38.*

#### XVIII.

Nec novum hoc etiam in Regnis. In Gallia inter leges Status hoc connumeratur, ubi Rex sine Statuum consensu, imò curiæ Parisiensis approbatione non solum nihil de regno alienare, sed in vilioribus etiam suâ autoritate quicquam statuere prohibetur: secus si fiat, illius major, quam hujus habetur ratio. *Horom. illustr. quæst. 1. in fin. Knich. de jur. Sax. in verb. Ducum Saxonie. c. 1. Thom. Mich. concl. 15. lit. b.*

#### XIX.

Utraq; etiam ut subsistat, requiritur, ut clausula, **E x C E R T A S C I E N T I A**, vel: **M O T U P R O P R I O**, adjiciatur, *Sixtin n. 39. Ros. d. c. 5. concl. 10. n. 6. Zaf. part. 5. n. 11. VVes. conf. 60. n. 2. Borch. ad cun. quæ sint regal. n. 13.* Vis enim & effectus utriusq; est, ut sub & obreptionem tollat. *c. si motu, de præbend. in 6. Clem. si Romanus eod. Gabriel. commun. concl. lib. 6. tit. de clausul. concl. 1. n. 25. & concl. 2. n. 1. Natt. consil. 636. n. 159. Borch. d. loc. n. 14.* & justam causam concedentis inducat. *Gabr. d. concl. 1. n. 15.* ubi plures effectus refert. *Sixtin. n. 41. & seqq.*

#### XX.

Concessione verò Regalium ita factâ regulariter non private sed cumulative ea concessa censerit, & concedentem non minus,



minus, quam eum cui concessio facta est, ea exercere posse dicimus. *Roland. Vol. 2. conf. 1. n. 134. Ros. d. cap. concl. 13. n. 1.* Præterquam enim quod in concessione Regalium major penes concedentem potestas semper maneat, *supr. th. 8.* etiam aliàs superior cum inferiore concurrentem potestatem habere censetur. *l. 7. §. fin. junct. 1. seqq. de offic. præcons. Sixt. n. 53. & seqq.* Quod etiam de jurisdictione regulariter affirmare non dubitamus. *Roland. d. Vol. 2. conf. 80. n. 1. 6. 11. & 15. Rosenth. d. c. 5. concl. 5. VVes. conf. 95. n. 4. & seqq. Heig part. 1. q. 9. n. 20. & seqq. Peregr. d. tit. 3. n. 33. Myns. cent. 5. obs. 99. Sixt. n. 55. Coler. de process. part. 2. c. 1. n. 126. & seqq.*

#### XXI.

Regalia per privilegium & infeudationem concedi dictum est. Quæ concessio fit vel generaliter, vel specialiter. Quibus in genere ab Imp. Regalia, etiamsi nullum in specie excipiatur, conceduntur, illos minora duntaxat acquirere cum sanioribus rectè concludimus. *Roland. Vol. 3. conf. 75. n. 20. VVes. conf. 45. n. 37. & seqq. Cacheran. decis. 101. n. 12. Zas. part. 5. n. 13. Sixt. n. 75. Borch. in d. c. un. n. 9.*

#### XXII.

Cum verò sine ulla generali ipsorum Regalium mentione alio modo concessio generalis facta est, ut si castrum cum territorio, imò additis his verbis generalissimis: **CUM OMNI JURE QUOD PRINCEPS IBI HABET**, concedatur, tali concessione nulla Regalia comprehendendi statuimus *c. quod translatione extr. de offic. legat. Sicard. in L. 10. fam. hercisc. VVes. conf. 32. n. 11. & seqq. Zas. d. part. 5. n. 11. Sixt. n. 76.* In generalem enim concessionem ea quæ specialiter & nominatim concedi debent, quæq; verosimiliter quis concessurus non esset, non venire juris est certissimi. *l. item 15. §. 26. de injur. l. 6. de pignor. c. fin. de offic. vicar. in 6. c. in generali, de R. l. in 6. c. pen. de penit. & remiss. in 6. Modest. Pistor. vol. 1. conf. 4. n. 15. Rulant. de commissar. part. 1. lib. 5. c. 18. n. 12. VVes. conf. 27. n. 21. & seqq. Thom. Mich. concl. 68. & seqq.* Et quæ magni momenti sunt, speciali notâ digna esse censentur. *c. fin. de præbend. Sixtin. d. c. 5. n. 76. & seqq. ubi vid. fallentias.*

#### XXIII.

Specialiter fit concessio, si vel unum vel duo, vel etiam plura nomi-



ra nominatim exprimantur, quæ sola censentur esse concessa, nec ab una specie ad aliam illatio vel extensio rectè fieri potest. *Zaf. lib. 2. conf. 16. n. 64. VVes. conf. 27. n. 21. & 24. Köppen. q. 32. n. 4. & 8. Roland. Vol. 2. conf. 1. n. 16. 17. 148. & seqq.* ubi rationem reddit elegantem, Regalia nimirum esse jura specialia & à jure communi exorbitantia, ideoq; restringenda, nec in consequentiam trahenda. *c. quæ à jure, ibiq; Dyn. de R. I. in 6. l. 14. de legib. Sixt. n. 64. & seqq.*

#### XXIV.

Alter acquirendi Regalia modus sequitur, concessio tacita sive præscriptio, quæ Regalia acquisivisse dicuntur, qui per tempus, cujus initij non extat memoria in contrarium, Regalibus usi sunt. *c. super quibusdam §. præterea de V. S. Roland. Vol. 1. conf. 3. n. 82. Geil. 2. obs. 31. n. 4. Sixt. n. 131. & seqq. aliquot.*

#### XXV.

Cujus immemoralis præscriptionis tanta est vis & potestas, ut idem jus esse censeatur quod per eam acquiritur, quam per privilegium Principis. *Roland. Vol. 4. conf. 59. n. 13. & seqq. Gabriel. com. conclus. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 1. n. 1. & seqq. VVes. conf. 45. n. 23. 34. 35. 36. Sichard. ad rubr. C. Nov. vectig. n. 6. Geil. 1. obs. 21. n. 15. Myns. cent. 5. obs. 29. n. fin. & cent. 1. obs. 30. Kopp. d. q. 32. n. 15. Knich. de Jur. Sax. c. 1. in verb. jus.* Et inducit talis præscriptio præsumtionem juris & de jure pro titulo & concessione privilegij quæ non admittit probationem in contrarium *Gabriel. d. loc. n. 5. Peregr. lib. 1. tit. 2. n. 65.* Adeo ut omnia quælibet privilegio, tanti temporis præscriptione acquirantur *Peregr. lib. 6. tit. 8. n. 14. & seq. Modest. Pistor. d. conf. 4. n. 30.*

#### XXVI.

Non solum verò in minoribus verum etiam majoribus Regalibus, & Principi in signum supremæ potestatis reservatis locum habet hæc præscriptio. *Sichard. ad d. rubr. n. 5. & 6. Roland. Vol. 1. conf. 3. n. 82. Covar. in c. possessor part. 2. §. 2. n. 8. vers. tertia species, de R. I. in 6. Sixt. d. c. 5. n. 144.* His autem præscriptis nunquam suprema jurisdictio præscripta censetur. Offibus quippe Imp. ita adhæret, ut eam nullus à sceptro vel corona Casarea divellere aut ullo tempore præscribere queat. *Roland. Vol. 2. conf. 1. n. 114. & seq. Borch. n. 20.*

Hinc



## XXVII.

Hinc nemo, ut Imp. non subsit, unquam præscribit *l. compertis 6. C. de præscr. 30. vel 40. c. nulla, distinct. 93. c. cum non liceat extr. de præscr. Balb. de præscript. part. 2. §. princ. q. 2. & 3. n. 3. ver. nam primo Peregr. d. lib. 1. tit. 1. n. 13. & d. lib. 6. tit. 8. n. 9. Natr. conf. 640. n. 19. & seqq. Et conf. 636. n. 53. & 101. Rosenth. c. 5. concl. 16. n. 1. Zoannet. de Rom. Imp. n. 121. & aliquot seqq. Guil. 1. obs. 21. n. 16. Thom. Mich. concl. 2. Quæ enim in vim singularis privilegij Imp. tributa, præscriptibilia, quæ verò in signum subjectionis, superioritatis, & universitatis dominij concessa sunt, in præscriptibilia sunt. Modest. Pistor. d. conf. 4. n. 28. Thom. Mich. concl. 24.*

## XXVIII.

Et hæc præscriptio immemorialis in Regalibus contra supremum Principem, aliumve superiorè non recognoscentem, non verò in Regalib. formatis præscribendis necessaria est, quæ longo vel longissimo tempore acquiri possunt. *Bart. ad l. 4. §. fin. n. 4. de publican. Ros. d. c. 5. concl. 17. n. 1. & 3. Et concl. 45. n. 4. Borch. n. 19. Sixt. n. 157. In hac verò minoris temporis præscriptione scientia ac patientia requiritur. l. 15. l. fin. de servit. quæ in immemorialis temporis præscriptione non est necessaria. Borch. n. 16. Quia habet fomentum à lege & vim constituti seu privilegij, ut supr. dictum est, & sic non stat in terminis præscriptionis propriæ. l. 3. §. 4. de aq. cottid. l. 1. §. fin. l. 2. in pr. de aq. plu. arc. c. 1. de præscript. in 6. Balb. d. q. 3. n. 8. Ros. d. c. 5. concl. 16. n. 6. & seq. Sixt. n. 158.*

## XXIX.

Postremò addita sunt definitioni hæc verba: AD UTILITATEM ET DIGNITATEM IMPERII CONSERVANDAM. Idè enim Imp. competunt Regalia, ut statum Reip. defendat, sive decus & dignitas, sive salus ejus spectetur. *Roland. Vol. 2. Conf. 1. n. 153. Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 8. Myns. Cent. 5. obs. 70. n. 9. Geil. 2. obs. 64. n. 3. Sixt. lib. 1. c. 1. n. 33. Hinc Imp. dicti, bono Reipub. nati, ampliatores civium, assertores libertatis publicæ, locupletatores orbis terrarum. Sixt. d. c. 1. n. 23. & seqq.*

## XXX.

Dispescuntur autem Regalia in majora & minora. *Ros. d. c. 5. concl. 2. n. 1. Sixt. c. 2. n. 1. Borch. n. 3. Peregr. d. tit. 1. n. 9. Vult. c. 5. n. 7. Arnis. de jur. Majest. lib. 2. c. 1. n. 8.*

B

Majora



## XXXI.

Majora dici possunt, quæ ad supremam Principis auctoritatem pertinent, eiq; passim in legib; & consuetudinibus exercenda specialiter reservata sunt. *Ros. Sixt. &c. c. d. loc.* Hinc à nonnullis potentiora, merè Regalia *Zus. lib. 2. Conf. 16. n. 46.* personæ & officibus Principis ad hærentia, ipsi coronæ annexa, personalissima, sacra sacrorum appellantur. *Sixt. d. c. 2. n. 2. & 3.*

## XXXII.

Atq; hæc etiam sunt illa Regalia, quæ à *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10.* Jura MAIESTATIS propria nuncupantur, *Sixt. n. 5.* Illi enim ita insunt, ut ubi Majestas sit, illa quoq; necessario adsint, non verò contrà, ubi hæc, ibi Majestatem esse censemus. Et inferiorib; solent quidem concedi, sed non omnia, & ad certum modum, ut supra ostensum est. Quod cum sit, in his majora Regalia, in illâ, jura Majestatis, reservata Principis *Kaiserliche sondere Hoheiten und Reservaten* (quamvis omnia aliàs de Principis reservatis esse dicantur) *κατ' ἐξοχλήν*, simpliciter sapè à Dd. nominantur. *Sixt. n. 4. Arnif. d. c. 1. n. 2.*

## XXXIII.

Et nomen illud MAIESTATIS, soli Imp. alijs SERENITATIS vel CELSITUDINIS, propriè tribuimus. *Bod. d. c. 10. n. 149. & 152.* Dicitur enim MAIESTAS, quasi major status & potestas. *Oldrad. conf. 43. n. 8. Thom. Mich. concl. 7. lit. e.* Et verè status, cui MAIESTAS competit, major est. Est enim omnibus alijs Imperijs & potestatibus, dignitatibus, & honoribus jus & fastigium quoddam superius. *Bod. d. lib. 1. c. 8. Arnif. d. c. 10. in fin.*

## XXXIV.

Primum autem & præcipuum Majestatis jus, & in quo supremus maximusq; gradus Imperij consistit, est de legibus *Tholos. de Repub. lib. 10 c. 5. in pr. Bod. c. 10. n. 153.* divinum jus, & in Republicum summè necessarium, *Tholos. d. c. 5. n. 3. & 4.* antiquis tam sanctum, ut à Dijs immortalibus illud originem duxisse statuerent. *l. 2. de legibus.* Et positum est hoc jus vel in ijs dandis, vel abrogandis.

## XXXV.

Solus itaq; Imp. leges universales, quibus omne hominum genus



genus teneatur, condere potest, l. fin. C. de legib. Bodin. d. c. 10. n. 153.  
Tholos. de Repub. lib. 9. c. 1. n. 39. Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 10. Rosf. d. c. 5. concl.  
2, n. 4. Vult. d. n. 7. Sixt. d. c. 2. n. 92. easq; interpretari l. 1. 9. & fin. d.  
tit. rursus urgente necessitate & Imperij utilitate suadente, abro-  
gare, illisq; derogare, Geil de arrest. Imper. c. 2. n. 11. Bod. d. c. 8. n. 87.  
& d. c. 10. n. 155. Localem autem legem quilibet Dux, Marchio,  
Comes &c. perpetuam dignitatem & jurisdictionem habentes,  
& civitates qualibet, quæ Regalibus à Principe concessis vel præ-  
scriptione quasitis utuntur, in suo territorio figere possunt. Schneid.  
ad. 3. constit. 1. d. I. N. G. & C. n. 17. & seq.

### XXXVI.

Alterum Majestatis jus est in bello. Frid. de Process. lib. 2. c. 45.  
n. 6. quod indicere, vel licentiam movendi alij dare, solius etiam  
Imp. est proprium. l. 3. ad l. tal. Majest. l. un. C. ut arm. us. infc. c. quid  
culpatur 13. q. 1. Bart. in l. hostes de captiv. junct. l. hostes 118. de V. S. Peregr.  
lib. 1. tit. 1. n. 15. Covar. in c. peccatum. § 9. n. 1. de R. I. in 6. Vvesenb. conf.  
49. n. 8. Rosentb. d. c. 5. concl. 19. lit. c. Geil lib. 1. de pac. pub. c. 4. n. 6. & seqq.  
Vult. c. 5. n. 7. Ordin. Cam. part. 2. tit. 15. tit. Auß der Keyserlichen  
mache/ oder vnserm zugeben vnd Erlaubnisse/ Sixt. lib. 2. c. 1.  
n. 16. & seqq. Bodin. d. c. 10. n. 156. Lips. 5. polit. 4. in pr. Tholos. de Repub.  
lib. 1. c. 1. n. 12. Arisf. d. lib. 2. c. 5. n. 12.

### XXXVII.

Non tamen levi sed ex justâ causâ, quæ non est libido Impe-  
rij, sed quæ pro fide & salute militat, belli portas aperire debet  
Imp. c. justam c. Dominus 23. q. 2. Geil. 2. obs. 57. n. 3. & seqq. Geil. d. lib.  
1. de pac. publ. c. 4. n. 40. & seqq. Lips. d. c. 4. Hinc Religionem, ju-  
stam belli inferendi causam non agnoscimus, sed ijs quibus  
ejus causa infertur, sive subditi sint sive non, defensionem legi-  
timam permittimus. Ecclesia enim in Repub. est, non Respub.  
in Ecclesia: Et suadenda fides non verò imperanda. Lips. 4. polit. 4.  
Nihil enim magis eâ est voluntarium. c. de iudeis dist. 45. Lactant.  
lib. 5. cap. 14. Garbofr. ad l. fin. C. de iudeis.

### XXXVIII.

Quemadmodum verò indicere, ita quoq; illud finire ad Imp.  
solum pertinet, quod fit pace. Bod. d. loc. Eo enim sine suscipitur,  
ut pacem habeat voluntas, bellum verò necessitas. c. noli 23. q. 1.  
Geil. d. obs. 57. n. 3. Et de pac. publ. d. c. 4. n. 19. & seqq. Lips. d. c. 4. in fin.



Et è bello pax magis firmatur. *Lips. 5. politic. cap. 19. Tholos. cap. 1. num. 15. & seqq.* Pacem hanc solus Princeps cum hoste rectè inicit; inducias Dux exercitus sive Principis legatus. Qui si pacis fœdus inierint, non prius valebit quam Princeps illud ratum habuerit, ne fortè Principem & populum iniquissimis conditionibus obstringant. *Arnif. d. c. 5. r. 14. & 15.*

XX XIX.

Tertiùm Majestatis jus in Magistratibus ad justitiam expediendam creandis positum est. *Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 10. & tit. 2. n. 97. Zaf. part. 5. n. 14. Ros. d. c. 5. concl. 4. n. 2. concl. 4. n. 8. & concl. 87. n. 1. Vult. c. 5. n. 7. Bod. c. 10. n. 158. Tholos. lib. 9. de Republ. c. 1. n. 34. Quæ potestas penes populum olim fuit, translato verò in Imp. omni Imperio facultas illa ei soli competijt. l. un. ad l. Iul. de amb. l. 2. § 14. & seqq. de or. jur. Vant. de nullit. tit. ex defectu jurisdic. n. 14. Sixt. lib. 2. c. 15. n. 1. & seqq.*

XL.

Rectè igitur dicimus, Imp. esse hoc Regale c. un. § 1. de pac. re- vend. 2. feud. 53. cum sit fons omnis Jurisdictionis perennis. *Heig. part. 1. q. 9. n. 18. ab eoq; Jurisdictiones per commissiones & confirmationes fluant, ac per appellationes, nullitates & querelas ad eum, velut flumina ad mare, refluant, Craver. conf. 592. n. 99. & conf. 563. n. 2. Ros. d. concl. 4. n. 2. d. concl. 87. n. 3. Vant. d. tit. n. 10. Sixt. d. c. 15. n. 7. & seqq.*

XLI.

Ad hoc Majestatis jus pertinet, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Barones, Comites creare, qui in jure feudali Capitanei, quasi capita & vertices inter vafallos eminentes dicuntur. c. un. 2. F. 10. iisdemq; regalia conferre. c. un. 1. F. 14. Ros. c. 2. concl. 1. n. 3. & 4. & c. 5. concl. 2. n. 3. & 4. Vult. d. n. 7. rursusq; eos cum consilio Statuum (quos in gravibus adhibere decet l. 6. C. de legib.) degradare, feudis & dignitatib. exuere, sive id privativâ contra Ecclesiasticos, *Geik. 2. de pac. publ. c. 4. n. 21. sive Banni declaratoriâ contra seculares fiat, sententiâ Geil. 1. de pac. puõ. c. 6. n. 9.*

XLII.

Vi hujus juris Majestatis Imp. feuda sibi & Imperio aperta vicissim reinfeudare potest. *Aur. Bul. tit. 7. ibi: Und ob derselben Fürstenthumb.*

Quamvis



XLIII.

Quamvis autem interpp. nonnulli jus hoc infeudandi per Capitulationem cum Carolo V. initam, cujus *Sleidan. lib. 1.* meminit, restrictum & succisum arbitrentur; probabiliter tamen defendi potest, Imperatorio juri universali in hoc capite nil esse deductum, nec auream Bullam sublatam. *Rosenth. c. 5. concl. 12. n. 3.* qui tamen alibi variat & distinguit. *c. 10. concl. 11. n. 11. & concl. 38. n. 32.*

XLIV.

Quinimò nec ipsum Carolum V. in collatione Electoratus consensum Electorum adhibuisse testis est *Sleidan. lib. 19.* Et certè ratio juris suadet ut Imp. Monarchæ summo, id quod Prælato in bonis Ecclesiæ infeudari solitis licitum est, liberum relinquatur, maximè cum hujusmodi reinfeudatio Majestatem Imperij non minuat sed augeat, prout Fridericum II, Othonem Lunz-burgensem Ducem creando, vel hoc solo se Imperium auxisse, gloriatum esse legimus *Gothof. Monach. ad annum 1235. fol. 295. vid. & Sixt. lib. 2. c. 15. n. 9.*

XLV.

Electoꝝ. verò Principib. Ducib. Comitibus & Baronibus jus in suis provincijs Majestati proximum & affine tribuitur, quod jus superioritatis sive sublime jus territorij, *Die Landesfürstliche Obrigkeit* appellatur, de quo *Andr. Knich. in tractatu suo de sublimi jure territor. agit. Reichs abscheid anno 1548. §. Biewol auch.*

XLVI.

Non tamen hinc eorum probamus sententiam, qui sæpius Principibus inculcant, eandem ijs in suis territorijs potestatem, quam Imp. habet in Imperio, competere. Quod dogma simpliciter acceptum, adulationem potius aulicæ quam veritatè juridicam redolet. *Rauchb. part. 1. q. 13. n. 12 & part. 2. q. 11. n. 137. Sixtim. lib. 1. c. 5. n. 121. & seqq. Forster. de success. lib. 6. c. 34. n. 32.*

XLVII.

Nobilitatis quoq; Insignia conferre, huic Majestatis juri proximum est, *Sixt. lib. 1. c. 2. n. 36.* extra legitimum thorum natos per rescriptum legitimare, *Nov. 89. c. 9. 10. & 15. Nov. 74. c. 2. l. qui in provincia 57. de rit. nupt. Sixt. d. c. 2. n. 20. & 21. Borch n. 4. veniam ætatis concedere. tot. tit. C. de hīs qui ven. ætat. Vult. d. n. 7. Sicuti Carolum*



solum Lotharingæ, postulatum Episcopum Metensem, venia  
æcclis indultum, ad consequendam investituram, & administra-  
tionem Episcopatus, superioribus annis, in aula Imp. Pragæ impe-  
trasse, testis est *Thom. Mich. concl. 32.*

XLVIII.

Ex hoc Majestatis jure fluit, Academies seu Universitates eri-  
gere, & privilegijs munire, *arg. § hæc autem 7. de rat. & method. jur.*  
*Zus. d. part. 5. n. 14. Arnif. d. lib. 2. c. 6. n. 14.* Doctores, Licentiatos,  
Magistros, Comites Palatinos, Tabelliones constituere. *Pereg. lib. 1.*  
*tit. 1. n. 27. Ros. d. c. 5. concl. 2. n. 4.* Quod in Imp. adeo verum esse,  
ut uno verbo Doctorem creare possit, testatur *Afflic. in c. un. quæ*  
*sint Reg. lib. Sixt. d. c. 2. n. 26. & seqq. & lib. 2. c. 15. n. 17. & seqq.*

XLIX.

Quo etiam jus Stapulas, cursus publicos, quos Postas dici-  
mus, instituendi & confirmandi spectat; *Sixt. d. lib. 2. c. 13. n. 42.*  
item jus civitatis tribuendæ. *Arnif. d. lib. 2. c. 5. n. 8.* Nemini enim  
absq; Imp. consensu, ad minimum tacito, civitatis constituendæ  
jus est, quo non interveniente constituta, nec civitas, nec jura  
civitatis habere putatur. *Valasc. in l. imperium 3. n. 72. & seq. de jurif.*  
*dict. Ita Frideric. I. Casalensib. jus civitatis habendæ dedisse, scribit*  
*Nurr. consil. 636. n. 95. & seqq.* Pari ratione publici mercatus sive  
nundinæ sine privilegio Imp. celebrari nequeunt. *l. un. ubi Sicut. ord.*  
*n. 1. C. de nund. 1. r. ff. eod. Scharff. cent. 3. cons. 29. n. 7. Tessaur. decis. 264.*  
*n. 2. Mevorb. cons. 302. n. 31. Geil. 2. obs. 69. n. 27. ubi. n. 257. addit, eas ab*  
Imp. nisi auditis vicinis non facile concedi. *Sixt. lib. 1. c. 2. n. 37.*  
*Knich. de jur. Saxon. c. 5. in verb. jus publici mercatus Thom. Mich. concl. 12.*

L.

Quartum Majestatis jus præcipuum in extrema provocatio-  
ne consistit, quod ita supremæ potestatis proprium est, ut nullo  
tempore à quoquam præscribi possit, *l. 1. § 1. à quib. appell. non licet. c.*  
*unf. 1. q. 3. Covar. pract. q. e. 4. n. 1. Sixt. d. c. 2. n. 14. & lib. 1. c. 5. n. 126. Eod. d. c. 10.*  
*n. 160. Arnif. d. lib. 2. c. 2. n. 3. & c. 4. n. 8.* Etsi autem (ex *Aur. Bull. tit. 11.*)  
à nullo etiam Elect. appellari debeat; tamen excepto Saxone &  
Brandenburgico, à reliquis ex contraria consuetudine provocatur.  
*Scharff. d. cons. 29. n. 1.* Eodem privilegio gaudent Archiduces Au-  
striae, Duces Lotharingæ & Burgundiæ, *Mynf. cent. 5. obs. 58. n. 1. &*  
*2. Geil. 1. de pac. pub. obs. 11. n. 6. Arnif. d. num. 3.*

Quod



## L I.

Quod tamen nihil commune habet cum causis in primâ instantiâ ad Camera[m] pertinentibus: integra quippe in ijs contra illos Camera est iurisdictione. Non igitur à duobus illis Electoribus appellari potest, nisi ob denegatam Iustitiam & nullitatem procelius, & sic privilegio de non appellando, nullitatis quaestio[n]em non esse sublatam statuimus. *Myns. cent. 2. obs. 77. & cent. 4. obs. 63. Geik. 1. obs. 135. per tot. Thom. Mich. concl. 26. Gold. ast. ad Bull. aur.*

## L II.

Quintum Majestatis jus est, damnatos contra vim legum & ordinem iudiciorum liberare, sive de bonis, sive fama, l. 1. § 10. de postul. l. 1. 7. & 10. C. de sentent. pass. tot. iii. ff. eod. § cum autem. Inst. quib. mod. jus. Ros. d. c. 5. concl. 2. n. 4. sive de minuendâ vel remittendâ capitis pœnâ agatur, de qua solus (justâ tamen ex causâ) statuere potest Imp. l. 4. in fin. l. 9. § 1. l. 27. l. 31. de pœn. l. acta 45. § 1. de re iudic. l. 1. § fin. de quest. Roland. Vol. 2. conf. 13. n. 79. & seqq. Cacher. decis. 101. n. 1. & seq. VVesenb. in par. de sentent. pass. Knich. de jure Saxon. c. 5. Verb. jus venie. &c. Bod. d. c. 10. n. 164. Tholos. lib. 9. de Republ. c. 1. n. 41. Imperialis enim Majestatis nihil est tam proprium quam humanitas, per quam solam Dei servatur imitatio l. fin. C. de donat. in vir. Knich. d. tract. verb. Ducum Saxonie c. 1. in pr.

## L III.

Sextum, quod ad Majestatem pertinet, est jus nummi cudendi, imagine signandi, ejus valorem & potestatem constituendi. *Perreg. lib. 1. tit. 1. n. 25. VVes. conf. 60. n. 31. Ros. d. c. 5. concl. 43. Knich. d. tract. c. 5. verb. Münzgerechtigkeit. Bod. d. c. 10. n. 167.* per quod universum jus monetarum, quod Maximilian. II. in constit. anni 1579. vocat *Die Münzgerechtigkeit*/intelligimus, *Arnif. lib. 2. c. ult. n. 6.* Quo ipso certè post legem in Republ. necessarium æq; ac utile nihil, à quo etiam Imperij salus dependere videtur. Hinc boni *ν. μ. ο. ρ. ε. τ. α. γ.* rei nummarie summam putarunt curam habendam, & depravationi ejus sedulo occurrendum. l. 2. C. de fals. monet. *Bodin. de Republ. lib. 6. c. 3. in pr. Pomp. Let. de Magist. Rom. c. 24. Sixt. lib. 2. c. 7. n. 14. & seqq.* Cujus rei præclarum est exemplum in Carolo Magno, cui tam sanctum & augustum hoc fuit ut nullibi quam in ipso palatio monetam cudi voluerit. *Sixt. d. c. 7. n. 13. Arnif. d. c. ult. n. 4.*

Proin-



## LIV.

Proinde ut percutere; ita reprobare & tollere monetam, non minus ad Majestatem pertinet. *Zaf. lib. 2. conf. 16. n. 25. Vvesen. conf. 60. n. 3. Sixt. d. c. n. 31. & seqq. ac lib. 1. c. 2. n. 39.* Ad probæ verò & legitimæ monetæ reprobationem vel mutationem sine justâ causâ summus Princeps temerario ausu proflire non debet, nec potest. *arg. l. 1. C. de veter. numism. potest. Nov. Leon. 52. Sixt. n. 37. & seqq.* Imò ne juramento talem actum confirmari dicimus. *quantò extr. de jurejur. Sixt. n. 54.*

## LV.

Hoc jus Imperij Germanici Electoribus competit. *Aur. Bull. c. 10 in fin. Sixt. n. 106. & seq.* ubi in Electoribus ad Rhenum prærogativam quandam offendit, *ex constit. anni 1501. § Weiter so sehen Ortnen vnd gebieten &c.* Et nonnullis principibus concessum est, quibus tamen varia tam de genere, materia, pondere & æstimatione monetæ, quæ ab ijs observari debent, præscripta sunt. *Sixt. n. 97. & seqq.* Quod etiam civitates quamplurimæ minores, (alijs tamen Regalibus destitutæ) jam habent quæsitum, quod abominabile esse dicit *Zaf. d. part. 5. n. 15. Catalogum earum videre possimus in constit. monet. Ferd. anni 1559. & ap. Arnif. d. c. ult. n. 6.*

## LVI.

Cum itaq; hoc Regale sit tam augustum & in Republ. aded necessarium, ideo gravissimè in violatores ejus animadvertitur. Et quidem illi qui eo destituti monetam licet probam & ab omni suspitione falsi alienam cudunt, arbitrariâ poenâ coercentur. *l. fin. C. de fals. monet. Constit. crim. Carol. V. art. III. ibi: Oder aber ohne habende Freiheit. &c. Sixt. n. 109. & duob. seqq. Arnif. d. c. ult. n. fin.*

## LVII.

Qui verò falsam cudunt, adulteri monetarum dicuntur. *l. 2. C. d. tit. eoq; crimine Deum, Principem & homines offendunt, & jus gentium lædunt.* Ideò non solum publicationis bonorum poena (à qua tamen jam recessum est) ijs irrogatur, verum etiam flammæ exustionibus mancipantur. *d. art. III. Sixt. n. III. & seqq. Borib. d. c. un. n. 56. d. L. 2. C. de fals. monet. ubi Gothofrid. lit. K. notat in Gallia aqua oleoq; fervente seu ebulliente tales suffocari, quam poenam etiam in Germania frequentatam novimus.*

Neq;



## L VIII.

Neq; hic distinguimus cum nonnullis, qui hanc poenam in ijs tantum, qui in Imp. moneta falsum committunt, locum habere, & leuiori poenâ eos afficiendos esse volunt, qui in inferiorum monetâ tale crimen designant. Nam & hæc Imperij moneta est, quæ non à civitate, quæ cudit, sed ab Imperio dignitatem habet. Nec Carolus V. *d. art. 111.* ea in re distinctionem facit. *Sixt. n. 120. Arnif. d. c. ult. in fin.*

## L IX.

Neq; cum ijs facimus qui inter monetam auream & argenteam, quò minus poena ignis irrogari debeat, distinguendum esse arbitrantur. *arg. l. 1. 2. & 3. C. de veter. numif. pot. l. 9. in pr. ad L. Cornel. de fals. tor. tit. C. de fals. monet. Sixt. n. 122. & seqq.*

## L X.

Septimum Majestatis jus præcipuum est, Vectigalia (quæ & telonia, vel pedagia vocantur, *c. si quis Romipetas, 24. q. 3.*) imponere. Et dicuntur à Dd. esse de summo Imperio. Hinc nulli Principi vel alij superiorem recognoscenti propriâ autoritate vectigalia nova instituerè, vel etiã vetera augere, imò ne quidem minuire licet. *Narr. conf. 661. n. 1. Roland. vol. 2. conf. 91. n. 1. Sicard. ad rubr. C. nov. vectig. n. 2. & 3. Mynf. cent. 5. obs. 29. n. 1. Hotom. conf. 11. n. 2. Soarez recept. sent. lit. V. in verb. vectigalia n. 4. Tholof. sint agm. lib. 2. c. 3. n. 1. & 2. Frider. de process. lib. 2. c. 42. n. 4. Knich. de jur. Sax. in verb. Zoll c. 5. Sixt. lib. 2. c. 6. n. 14. & seqq. Arnif. de jur. Majest. lib. 3. cap. 7. num. 6.*

## L XI.

Quorum jus Imp. etiã antea jure civili competijt, *tot tit. C. nov. vectig. l. vectigalia 10. de publican. c. innovamus, de censib. & postea ejus superioritati constit. Imper. saluberrima anno 1576. § Weiters seint wir & seqq.* reservatum est, ubi etiã omnis prætextus qui ex nomine *Ungelts / Aufschlags / Brückengelts / Weggelts* prætendi posset, præciditur. *Sixt. d. c. 6. n. 22. Frid. d. c. 42. in fin.*

## L XII.

Si igitur nova vectigalia instituenda vel etiã vetera augenda sint, evidens necessitas, & rationabilis causa subesse debet. *L. 1. C. nov. vectig. Frid. d. c. 43. n. 5.* quod in supremo etiã Principe  
C loeum



locum habet, ut injustè ab ipso vectigalia instituta licitè fraudari queant. *Covarr. in c. peccatum part. 2. § 5. n. 5. de R. I. in 6. Roland. d. cons. 91. n. 22. & seqq. & n. 59. & seqq.* ubi graviter principes monet, ne in subditos per vectigalia crudeliter saviant, sed legaliter ipsos amplectantur, & sint forma ipsorum, non dominatores eorum. *c. quia. 10. q. fin. Rosenth. c. 5. concl. 44. n. 5. ibiq. lit. e. Sichard. ad rubr. C. nov. vectig. n. 8. Mynsing. cent. 5. obs. 31. n. 3. Sixtin. d. c. 6. n. 43. & seqq. Frid. d. c. 43. in pr.*

#### LXIII.

Urgens autem & justa causa est publica utilitas, ad avertendum scilicet periculum & discrimen in vijs publicis contra prædones; aut in aquis contra piratas; vel ad defendendam patriam contra hostes; vel patriæ tenuitas, vel sumptuum magnitudo in reficiendis vijs vel pontibus sustentandis, *L. 7. C. de S S. Eccles. L. 4. C. de privileg. dom. Aug. L. 1. C. de collat. fund. patrim. Roland. d. cons. 91. n. 11. Frid. d. c. 43. n. 6. muris civitatis, puteis publicis &c. instituendis. Gothofr. ad d. L. 7.*

#### LXIV.

Et justæ hæc simileve causæ pro impetrando vectigali sunt allegandæ, & vicinorum vectigalium mentio facienda, ut habeatur ratio loci, ne nimijs exactionibus oneretur; proximi etiam domini superioris & vicinorum intercessio, si haberi potest, precibus inferenda est. *Mynsing. d. obs. 31. Rosenth. d. concl. 44. n. 6. & 7. Sichard. d. n. 3. Frid. d. c. 43. n. 7. Sixt. n. 47. & seqq.*

#### LXV.

Justè itaq; & legitimè vectigalibus institutis vel adactis quilibet ad præstationem eorum tenetur, *L. 7. C. de vectigal. Sixt. n. 65. & seqq.* nisi immunitatè habeat. Immunitatem autem habet fiscus *L. 5. d. tit. 1. 9. § fin. de publican. navicularij. L. 3. c. de navicul. L. 6. in fin. C. de vectigal. L. 5. § 3. de jur. immunit.* Præsides provinciarum, *l. 4. § 1. de publican.* Principum, Camerae ac Parlamentorum consiliarij, assessores, Secretarij, *Roland. de commissar. part. 4. lib. 1. c. 5. n. fin.* Ambassatores & legati principum *l. 8. C. de vectigal. Barr. in L. 1. in pr. ad L. Jul. Majest. Ordnung des Regiments anno 1506. § Item sollen Churfürsten. Et anno 1521 § Item sollen Churfürsten Cammergerichts Ordnung part. 1. tit. 49. Sixtin. num. 102. & aliq. seqq.*

Hujus



## LXVI.

Hujus etiam generis sunt hospitalia, Clerici, *c. quanquam, de sens. in 6. Clem. fin. eod. Auth. item nullu, C. de Episcop. & Cler. Academia- rum professores, Scholares. Siehard. ad Auth. Habita C. ne sit, pro patr. n. 7. Koppen. q. 50. n. 13. Landrecht/ lib. 2. art. 27. personæ miserabiles &c. Tholos. syntagm. lib. 3. c. 8. n. 1. 2. 12. & aliq. seqq. Frid. d. lib. 2. cap. 22. num. 20.*

## LXVII.

Interdum verò accidit ut privilegium hoc immunitatis ces- set, nimirum si ob magnam in pontibus vel aggeribus contra im- petum fluminis sustentandis difficultatem, vel aliâ summâ ne- cessitate urgente, privilegium adversus privilegiatas personas concedatur. *Sixt. n. 142. Frid. d. n. 20. ubi exemplum in ponte Ar- gentinensi longissimo tradunt.*

## LXVIII.

Visis personis à vectigalium onere exemptis vel non, rectè pro quibus rebus vectigalia præstanda sint nec ne, subjungitur. Earum autem rerum non exsolvitur pro quibus non est consue- tum præstari, *l. 9. § 6. de publican. Tholos. syntag. lib. 3. c. 9. n. 7. quales sunt scholarium libri, qui ex singulari tamen Imp. Frideric. pri- vilegio, ab onere vectigalium sunt liberi. d. auth. Habita ibiq; Siehard. n. 7. Rebuffi. de privil. scholar. privil. 146. Horat. Lut. privil. 54. & 55. ubi dicit, etiamsi consuetum esset alicubi à scholaribus vectigal exigere, tamen hanc consuetudinem non esse attendendam, nec subsistere, ut quæ in d. auth. Habita damnata sit. Cavere verò sibi debent scholares, ne alienas res suis in fraudem vectigalis ad- jiciant; fraude enim cognitâ licitæ cum illicitis in commissum cadent. l. 11. § 2. d. tit. Koppen. d. q. 50. n. 14. licet de humanitate illi- cita tantum. Sixt. d. c. 6. n. 112. & seq.*

## LXIX.

Ex earum etiam numero sunt res exercitui paratæ, *d. l. 9. Spen. res ad agriculturam pertinentes l. 5. C. de vectigal. cibaria & ea quæ pro usu victuq; suo quis portat, vehitve, d. l. 5. l. 4. § 1. l. fin. § 9. de publican. l. in lege, 203. de V. S. Peregr. lib. 6. tit. 5. n. 23. Roland. vol. 3. conf. 34. n. 25. & seq. Tholos. d. lib. 3. c. 8. n. 1. 12. & seqq. Sixt. n. 124. & seqq. Ros. d. c. 5. concl. 47. n. 1. & seqq. Vectigalia enim propter eas res sunt imposita, quibus mercatores quæstus causa negotian- tur. d.*



tur, d. l. fin. § 7. l. 6. C. de vectigal. Kopp. d. q. 50. n. 30. & seq. Beust. de jure  
jur. l. 1. n. 254. Hotom. conf. 11. n. 7. & 8. Frid. d. n. 20. & seq. Sixt. n. 135.

LXX.

Hinc elegans oboritur quaestio, an quod quis domus suæ æ-  
dificandæ vel reficiendæ causâ vehi curat, ita dicatur, ad proprium  
usum spectare, ut eo nomine vectigal non sit exolvendum. Nos  
præstari debere statuimus. l. cum in testamento 28. de aur. legat.  
Guid. Pap. decis. 4. n. 1. Sixt. n. 123.

LXXI.

De rebus itaq; vectigalibus subjacentibus, constituta legiti-  
mè vectigalia tam promptè sunt exolvenda, ut, non expectatâ  
publicani admonitione, & professio & solutio faciendâ sit. d. l. fin.  
§ Divi. 6. de publican. Roland. vol. 3. conf. 42. n. 2. 3. & 4. Rosenth. d. c.  
5. concl. 36. n. 1. Hartm. Hartman. practic. obs. tit. de publican. Illa requirit,  
ut ad telonium accedatur & indicetur, quid quantumq; vehatur,  
**Das man zum Zollen fahre vnd sich angebe:** hæc, ut debitum  
vectigal præstetur, **Das man den gebürlichen Zoll entrichte:**  
Verum in his omnibus consuetudo loci spectari solet. l. 4. in fin. d.  
tit. Gabriel. commun. concl. lib. 5. tit. de præscript. concl. 1. n. 15. Vigel. meth.  
jur. contr. lib. 3. c. 10. reg. 31. Cacheran. decis. 83. in fin. Frider. d. lib. 2. c.  
43. num. 22. & seq.

LXXII.

In tantum autem professio necessaria, ut, etiam si res immu-  
nis sit, factâ professione denuncianda, si pœnam commissi evitare  
velit l. fin. § 1. & 9. ibiq; Bart. Gothofr. de publican. Cujac. 14. obs. 3. Gothof.  
ad l. 5. lit. f. C. de vectigal. Koppen. d. q. 50. n. 13. Ros. d. c. 5. concl. 38. n. 1.  
ibiq; lit. a. Sixt. d. c. 6. n. penult.

LXXIII.

Quod si quis sine solutione præterire, vel gabellas fraudare  
tentaverit, coram Deo & hominibus peccare censetur, Covar. in  
sap. peccatum, part. 2. § 5. num. fin. de R. I. in 6. Saarez. thes.  
recept. sent. verb. Gabella n. 7. Baptist. à Vallal. com. opin. verb. Gabella n. 2.  
Ros. d. concl. 43. n. 1. & 2. Vigel. meth. jur. contr. lib. 3. c. 10. reg. 33. & bona  
quæ vehuntur in commissum cadunt, sein verwircht vnd versfahrẽ  
Vigel. d. loc. reg. 35. ac fisco dominium illorum statim acquiritur,  
l. 14. d. l. fin. § 3. etiam si postea vectigal pro ijs pendere paratus sit.  
Roland. d. conf. 42. n. 1.

Possessio



## LXXIV.

Possessio tamen iudicis sententiâ auferenda est. *Roland. d. conf. n. 5. 6. & 7. Mynsing. cent. 5. obs. 29. n. 7. Geil. 2. obs. 51. n. 5. Et de pac. publ. lib. 2. c. 3. n. 11. Ros. d. concl. 36. n. fin. Frider. lib. 2. c. 43. n. 10. in quo omnia mundi jura consentire asserit Borch. de feud. c. 8. in fin. & in c. un. 2. F. 56. n. 48. licet de consuetudine eorum possessionem fiscum propria autoritate apprehendere dicat Sixt. d. c. 6. n. 173. Hartm. Hartman. d. loc. Koppen. d. q. 50. n. 11. De jure Saxonico poena commissi est mutata in quadruplum vectigal. Landrecht lib. 2. art. 27. Frid. d. loc. n. 12.*

## LXXV.

Minimè verò à commissi poena, si vel auriga in dominum mercium, vel dominus in aurigam, culpam transferat, eximit. *l. cum in plures. 60. § vehiculum. ff. locat. Ros. d. c. 5. concl. 39. n. fin. Koppen. d. loc. n. 22. & 23. Sicut nec illud, quod alia via sit usus, dummodo constet eam non publicam sed inusitatam, l. 3. ibiq. Bald. C. de naut. faenor. Ros. d. concl. 39. n. 1. & 2. Koppen. n. 24. & 25. Vigel. d. c. 10. reg. 37. Coler. de process. execut. part. 1. c. 3. n. 74.*

## LXXVI.

Hic eleganter quæritur, si deferens res pedagio subiectas, minorem, quam habet, quantitatem profiteatur, vel alias quâdam celet, an omnes committantur, vel pro parte? Nos saltem in ijs pro quibus vectigal non est exsolutum commissi poenam agnoscimus. *Baptist. à Villal. d. loc. n. 3. Ros. d. c. 5. concl. 4. num. 2. Sixt. d. c. 6. n. 191. Frider. d. c. 43. n. 24.*

## LXXVII.

Non rarò etiam hic controvertitur, uter ex contrahentibus demercibus gabellam pendere teneatur? Nos ad emptorem regulariter illius solutionem pertinere, etiamsi venditor respectu vectigalis immunis sit, omninò putamus. Minimè igitur pactio emptoris & venditoris valet, quod emptor vectigal solvere non debeat, vel quod rem venditam ultra locum telonij jure suæ immunitatis tradere velit. Quod ipsam hodiernis temporibus in fraudem legis sæpius fieri, & ipsis emptorib. testimonia immunitatis vulgò *Pasßbrieffe* dari dicit *Koppen. d. q. 50. num. 15. & seqq. Sixt. d. cap. 6. num. 140.*

C ;

Atq;



Atq; hæc propriè Majestatis jura præcipua sunt, alia si quæ sunt, ut sunt quamplurima, hæctenus relatis annumerari possunt.

## LXXIX.

Ad hoc postremum referri potest jus collectandi. Imp. itaq; & quilibet alius superiorem non recognoscens, quin collectam superindicare possit, hæsitacionem non patitur. *Ruland. de commissar. part. 1. lib. 5. c. 18. n. 19. & seqq. Heig. part. 1. q. 18. n. 1.* Quæ tamen potestas Capitulationibus certis est valdè circumscisa. Sic in Imp. electione pactionibus caveri solet ne absq; Statuum consensu, urgente etiam necessitate, liceat nova imponere tributa. *Reichs abscheid/ Anno 1576. & Weiters seint wir Heig. d. q. 8. n. 7. Sixt. lib. 1. c. 5. n. 128. Frider. de process. d. lib. 2. c. 43. n. 8.* Unde clausula illa in recessibus Imperij valdè frequens & usitata: *Darüber wir vns mit ihnen/vnd sie hinwiederumb mit vns verglichen.*

## LXXX.

Idem etiam in Gallia, Hispania, Hungaria, Angliæ, Polonia, Dania regnis frequentari constat, ne scilicet absq; ordinum consensu vectigalia sive collectæ imponantur. *Heig d. loc. n. 8. Bodin. lib. 6. de Republ. c. 2.* Hinc blandis vocabulis, subsidij, subventionis, auxilij, Adjutorij, Adoæ, Relevij (Steur) non durioribus, tributorum, vectigalium &c. impetrari videmus; quanquam rogando cogere videatur qui rogat potentior. *Vvesenb. conf. 45. n. 11. Heig. d. loc. n. 4. Lips. 4. Polit. c. 11.*

## LXXXI.

Pari ratione principes inferiores ex singulari Imp. privilegio, vel cum Regalibus investiti, collectam imponere possunt. *Vvesenb. d. conf. 45. n. 10. Rosenth. d. c. 5. concl. 74. n. pen. & ult.* quæ collecta provincialis, *Landsteuer*/vocatur, & à publica sive Imperiali omnino discernitur. *Vvesenb. d. loc. n. 19.* Civitates quoq; provinciales & oppida municipalia Imperio per principes mediatè subiecta, & quamlibet aliam universitatem Regalibus & jurisdictionalibus destitutam pro inevitabili necessitate, sine superioris consensu, convocatis civibus, semet ad voluntariam collationem obstringere posse, nulla juris ratio impedit. *l. 1. § fin. ibiq; gloss. in verb. proconsul. ff. quod cujusq; univers. Costal. ibid. l. omnes C. de operib. publ. Heig. d. par.*



d. part. 1. q. 17. n. fin. Ros. concl. 75. VVes. conf. 27. n. 26. Eo enim modo collecta infitura non censetur de Regalib. sed vi pacti, conventionis, consistens. VVesemb. d. n. 10. Borch. ad d. c. un. n. 53. & seq.

LXXXII.

An verò collectas à magistratu civibus impositas, pro rebus & bonis eorum extra territorium & jurisdictionem sitis, exsolvi oporteat? Negat id *Gulielm. de Cuneo in l. Neminem. n. 7. C. de SS. Eccl. Roman. conf. 161. n. 2. vers. Secundò quia, Guid. Pap. decis. 5. Petr. de Urbald. tract. de collect. n. 34. Quòrum sententiam consulendo securus est CL. Du. Ernest. Cochin. vol. 1. resp. 11. Affirmant alij complures quos recenset Francisc. Claper. in cent. caus. Fisc. caus. 28 Geil. 2. obs. 53. Nos an distinctionis fœdere opiniones hæ conciliari possint disputando indagabimus.*

LXXXIII.

Ad Imperialem collectam pertinet contributio Turcica, *Türckensteuer* / à qua ne quidem privilegiatos eximi, dubium est nullum *Rulant. d. c. 18. n. 24. Myns. 4. obs. 70.* tum etiam ex Comitiorum decretis liquidò apparet. *Reichs abscheid/ Anno 1559. I Derowegen. Ordnung des Regiments Anno 1500. I Weiter haben wir/ & seqq. Reichs abscheid. Anno 1542. I Vnd nemblich sollen/ I Es sollen auch alle Churfürsten. Anno 1544. I Vnd demnach sollen & seqq. Anno 1582. I Vnd demnach & extraordinaria, ad numinis Regalis felicissimam expeditionem, collatio, Zu einem Römerzug so der Keyserlichen Majestat zu holung ihrer Kron in Italia bewilligt / vnd ein hülf ist von 4000. zu Ros/ 20000. zu Fues. Reichs abscheid/ de anno 1521, I Vnd als wir in vnser Keyserlich gemüth gesetzt / & seqq. Et anno 1522. in pr. vers. Vnd nach dem.*

LXXXIV.

Non autem principi, etiam summo, temerè & pro voluntate sed justà de causâ subditos collectis gravare licet. *Modest. Pist. pare. 1. conf. 4. n. 1. ubi dicit, Dasz es kein zweiffel habe / dasz der Keyser vnd dasz ganze Reich eine Steuer vnd gemeine Anlage auffsetzen mügen / sonderlich vmb gemeinen nützes willen.* Et tum demum ad extraordinariam collationem pervenire potest, ubi calculus

ordina-



ordinariorum redituum non sufficit. Ante omnia enim Princeps proprium debet excutere marsupium, aliosque redditus expendere, priusquam gravet & taliet (ut ita loquamur) subditos. *Roland. vol. 2. conf. 1. num. 67. Nat. conf. 13 § n. ii. VVes. conf. 45. n. 16. & seqq. Ruland. de commiss. part. 1. lib. 5. cap. 18. n. 21. Koppen. q. 32. n. 2. & seqq. Frid. d. lib. 2. c. 44. n. 4. & 5. Principis siquidem potestas justitiæ ponderibus semper exigenda. Bodin. de Republ. c. 8. n. 102.*

LXXXV.

Ex quo verò justa de causâ tantum ad collectionem deveniendū diximus, inde, quid de extraordinarijs illis casibus, redemptionis Domini à captivitate, transfretationis ultramarinæ, extruendi Fortalitij, elocandæ filia, sentiendum sit, facillè colligitur: Nisi enim inveteratâ consuetudine vel singulari pacto his in terminis jus collectandi suffulciatur, subditos de jure ad collectas non obligari, verò verius esse putamus. *Ros. d. c. 5. concl. 77. Koppen. d. q. 32. n. 10. & seqq. Frid. d. c. 44. n. 10. u. & 12. Qualem consuetudinem de maritanda filia in Germania observari testes sunt Myns. cent. 5. obs. 21. Kirchow. commun. opin. cent. 5. concl. 77.*

LXXXVI.

Justâ itaq; ex causâ & necessitate collecta imposita, cum modestia à Principe exigatur, & non se acerbum exactorem, sed humanum præbeat, & paternali modo se habeat, ne ararium fiat spoliarium, cruentarumq; prædarum receptaculum. *l. 2. C. de exactor. tribut. Frid. d. c. 44. n. 1. Althus. in poln. c. 8. Sed hoc contra rusticos vix (proh dolor) observatur, à quibus immanis & Leonina fit exactio.*

LXXXVII.

Post majora, justo ordine minora subsequuntur Regalia, quæ magis in reditu ac fructu consistunt. Et sunt jura fiscalia seu fisco Imp. competentia. *Peregr. lib. 1. tit. 1. n. 9. § 28. Sixt. lib. 1. c. 2. n. 45. Borch. in d. c. un. n. 5. Quæ tamen nihilominus in symbolum superioritatis Imp. competunt, Fiscus enim, quem jure suo & propriè habet Imp. Vigel. method. jur. contr. lib. 3. c. 10. reg. 1. Peregr. d. tit. 1. n. 4. & fin. Vult. de feud. d. c. 5. n. 7. vers. Minora. (alij ad exemplum ejus arcam sive Bursam communem, l. 1. § 1. ff. quod cujusq; univers. Peregr. n. 5. Tholos. lib. 3. Syntagm. c. 4. n. 4.) præminentiam arguit.*

Putan-



## LXXXIIX.

Putantur verò esse ea à nonnullis interpp: quæ ab Imp. Fred. in c. un. quæ sunt Reg. 2. F. 56. enumerantur, cum tamen quædam ex illis potius majoribus sunt adijcienda, quædam etiam minora planè omiſſa. Cujac. ibid. Heig. part. 1. q. 15. n. 45. Sixt. lib. 1. n. 74. & seqq. Vult. d. c. 5. n. 7. vers. atq; hæc sunt. Rosf. d. c. 5. concl. fin. n. 1.

## LXXXIX.

Et primò in d. c. un. ponuntur ARMANDIÆ, quod vocabulum variè à Dd. accipitur. Nos illorum opinionem, qui per illud fabricas & publicas officinas, in quibus ad usum Reipub. arma præparantur, intelligi scibunt, omnium verissimam esse dicimus. Has enim Princeps Romanus sibi soli vindicavit. Nov. 85. c. 1. Menoch. vol. 3. conf. 298. n. 17. Et de arbitr. jud. quest. lib. 2. cas. 397. n. 24. Cujac. ad d. c. un. Peregr. d. tit. 1. n. 14. Borch. d. c. un. n. 21. & seq. Sixtin. lib. 2. c. 1. n. 2. & seqq. Vult. d. n. 7. vers. Armandiæ. Ideoq; fabricæ sacræ appellantur l. pen. C. de fabricens. Hinc, cum armorum usus privatis sit interdictus. Novel. 17. c. fin. 2. F. 27. § 5. Frider. de proces. lib. 1. c. 23. n. 4. & seqq. excepto Imp. aut alio superiore non recognoscante, vel potestatem ab eo habente, nemo bellum indicere potest justum, ut supr. diximus. Peregr. d. tit. 1. n. 15. Sixt. d. cap. 1. n. 16. & seqq.

## XC.

Secundo loco ponuntur VIÆ PUBLICÆ quæ & viæ Regiæ seu Basilicæ, vel prætoriæ & consulares, l. 2. § viarum. ne quid in loc. publ. Kaysersliche freie Heer oder Reichsstrassen oder Bafz ne/ Item offene Strassen appellantur. Rosenth. d. c. 5. concl. 20. n. 1. 2. & 3. Tholos. lib. 3. c. 13. n. 1. Geil. lib. 2. de pac. publ. c. 1. n. 12. Sixt. d. lib. 2. c. 2. n. 7. 8. 9. & 10. Borch. n. 24. Vult. d. n. 7. vers. viæ publicæ, quas à latronibus & prædonibus securas tenere summa Principis cura esse debet. l. 3. 13. de offic. præsid. l. 2. § 2. 4. & 9. C. de præf. prætor. Afr. l. 1. § 1. de his qui effud. l. 1. § 12. de offic. præf. urb. Geil. 2 obs. 64. num. 1. 2. 3. & 4. Knich. de jur. Sax. c. 5. verb. Strassen.

## XCI.

Et hoc in Imperio usu hodie receptum est, ita ut non solum ab Imp. sed & alijs Imperij Principibus, item Comitibus, Baronibus, alijsq; quibus viæ publica vel ex Imperiali concessione vel

D

præseri-



præscriptione, competit, observari soleat. *Koppen. q. 37. num. 1. & 2. Borch. n. 25. & 27. Sixt. d. c. 2. n. 33.* Quod ipsum, ut & probam monetam, ac data fidei observationem tanti fecisse laudatissimum Hassiæ principem Philippum, ut dicere solitus sit; *Man soll einen Fürsten kennen bey reiner Strassen / guter Müns / vnd haltung beschener zusage /* refert *Sixt. d. c. 2. n. 34.* Imò & in Gallia peculiarem Regium magistratum, qui curam viarum habeat, constitutum esse, testes sunt *Tholos. syntagm. lib. 3. cap. 13. num. 5. Sixt. d. cap. 2. n. 14.*

#### X C I I.

Quæ viarum protectionis necessitas, domino loci, qui ibi Regalia habet, adeò incumbit, ut transeuntibus de Robaria & de prædatione, maximè si ab eis pedagium, vel pro salvo conductu pensionem, vel volens, vel (ut tempore Nundinarum Francofurtensium) coactus, lege Imperij iubente, acceperit, teneatur. *Zaf. l. b. 1. conf. 14. n. 8. & seqq. Bart. in l. ne quid n. 1. lit. b. de incend. ruin. Coler. de proces. part. 1. c. 2. num. 297. Beust. in rubric. de iurejur. n. 168. Wurmbser. pract. obs. tit. ult. obs. 5. Rosenth. d. c. 5. concl. 22. Geil. d. obs. 64. Myns. 5. obs. 70. Reichs abscheid / Anno 1559. I Damit dann die Obrigkeit &c. Landrecht. lib. 2. art. 27 ibi: Wann einer einem Geleid gibt / der soll ihnen für Schaden behüten binnen seinem Geleid / oder den Schaden gelten. Koppen. d. q. 37. n. 8. Sixt. d. c. n. 35. & seqq.*

#### X C I I I.

Tum demum verò prædicta procedunt, si peregrinantes per Regiam viam, per quam vulgò iter fieri solet, incedant, nec ab ea ad insolitam deflectant. *l. 2. C. de curs. public. l. 1. § 2 de his qui effud. ibiq. Bart. Geil. d. obs. n. 11. Myns. d. obs. 70. n. 4. Rosenth. d. concl. 22. Borch. n. 28. & 29. Kopp. d. loc. n. 12. Sixt. n. 40.* Unde mulionem qui merces à mercatore aliò portandas vel vehendas accepit, non teneri constat si à prædonibus ipsi merces ereptæ fuerint, dummodo per vias solitas mulas duxerit. *Bart. in l. 3. C. de naut. faenor. Geil. d. obs. 64. num. 12. Sichard ad. l. 1. C. de pos. Borch. d. n. 29.*

#### X C I V.

Quid si in via publica homicidium admissum dicatur, juxta quam quis merum & mixtum imperium sine alijs Regalibus habet, an



bet, an ipsius sit de delicto cognitio? non eadem est Dd. sententia. Negativam nos amplectimur, & regalium possessori cognitionem tribuimus: *Beust. ad. l. admonendi pag. 485.* Si verò hominis occisi; cadaver ita prostratum reperiat, ut pars hujus, pars illius territorium contingat, cum de maleficij cognitione, tum de occisi sepultura, variæ sunt quoq; Dd. opiniones, & distinctiones mirificæ multæ. Nos neq; eorum, qui capitis præstantiam, neq; qui pedum collocationem attendunt, sententiæ subscribimus, sed in tali casu dubio utriq; cognitionem competere, vel certè æqui judicis arbitrio ex circumstantijs, cujus in cognoscendo potior causa sit definiendum esse censemus.

#### XCV.

Ad hoc Regale referendum putamus, quod in viâ Regiâ jacentia vel aberrantia animalia, si dominus eorum non compareat vel ignoretur, ad supremum loci Dominum pertineant, quæ tamen ad certum tempus servari, & si dominus superveniat, restitui debent. *Ioan. Faber in § examen l. de rer. divis.*

#### XCVI.

Tertio loco Regalibus annumerantur FLUMINA NAVIGABILIA ET EX QUIBUS FIUNT NAVIGABILIA. *Roland. vol. 3. conf. 97. n. 4. Rosenth. d. c. 5. concl. 23. Sixt. d. lib. 2. c. 3. n. 1. & 31. Schurff. cent. 3. conf. 38. n. 1. Borch. n. 30. Vulr. d. c. 5. n. 7. vers. Flumina.*

#### XC VII.

Circa hoc Regale quæritur, an sine Principis, vel ejus, cui Princeps Regalia concessit, permissione, molendina privatis in hujusmodi fluminibus extruere liceat? Affirmativa nobis juri consentanea videtur opinio, dummodo id sine incommodo & injuria alterius fiat, nec usus fluminis publicus deterior reddatur. *l. 1. in pr. & § 12. l. 2. de flumin. l. fluminum. 24. in pr. de damn. inf. l. 3. ne quid in loc. publ. Schneid. ad § flumina, n. 12. l. de rer. divis. Sixt. d. c. 3. n. 65. 72. & seqq.* Hinc in superiore parte fluminis publici molendinum extrui non posse, invito eo qui in inferiori licitè ædificatum habet, concludimus. *l. 8. de aq. pluv. l. 2. § 15. ne quid in loc. Schurff. d. conf. 38. in fin. Sixt. n. 77. & seq.*

#### XCIIX.

Huic Regali affine esse videtur quibusdam COMPENDI-

D 2.

UM



UM NAUFRAGIORUM, Wann das Schiff strandet  
 quod Regalia habentes varijs in locis sibi vindicant. *Tholos. synag.*  
*lib. 3. c. 14. in fin. Bod. de Republ. lib. 1. c. 10 n. 171.* Quod cum juri & æ-  
 quitati repugnet, l. jure nature 206. de Reg. Jur. l. Divus 14. de offic. presid.  
 l. un. C. de impon. lucr. deser. in med. Nov. Leon. 27. l. 1. § fin. l. 7. de incend.  
 ruin. l. 1. C. de Naufrag. Constitutione Imp Frider. II. auth. Navigia.  
 C. de furt. imò jure Canonico prohibitum, c. excommunicationi extr.  
 de rap. ibiq; Panorm. Covar. in c. peccatum. part. 3. § 1. n. 3. vers. Sic licet  
 jure Casareo & deniq; Carol. V. constit. crim. art. 218. ejusmodi con-  
 suetudo tanquam irrationalis expressè sit damnata, meritò bar-  
 barum esse dicimus eam admittere. *Vigel. meth. jur. contr. lib. 3. c. 10.*  
*reg. 10. Knich. de jur. Sax. in verb. Wasser Fischerey. Sixt. d. c. 3. n. 91.*  
 & seqq. *Bod. d. c. 10. n. 170. in fin. Arnif. de jur. Majestat. lib. 3. c. 6. n. 19.*

X C I X.

Hinc etiam pro navibus vi tempestatis in portum rejectis  
 vel metu hostium eò delatis vectigal non deberi translaticium  
 est. l. 15. l. fin § 8. de publican Bart. in l. 1. C. de Naufrag. Ros. d. cap. 1.  
 concl. 47. n. 7. Knich. d. loc.

C.

Quarto loco inter Regalia ponitur PORTUS, qui est lo-  
 cus conclusus, quo merces importantur & exportantur, vel: sta-  
 tio conclusa quòd naves ibi tuto stare possint. l. portus 59. de verb.  
 signif. l. 1. § stationem, de flumin. *Tholos. d. cap. 14. num. 7. Borch. num. 38.*  
*Sixt. cap. 4. num. 1.* Crebrius tamen interpp. vectigal per portum.  
 hinc intelligunt quòd pro transitu per pontem vel in portu solvi-  
 tur. *Ros. concl. 31. Borch. n. 41. Vult. d. n. 7. vers. portus.*

C I.

Sequuntur RIPATICA, per quæ vectigalia sive gabellas  
 pro transitu riparum solvendas communiter Dd. intelligunt. *Ros.*  
*concl. 32. Borch. n. 42. Sixt. c. 5. n. 9. Vult. d. n. 7. vers. ripatica.* Peregr.  
 verò lib. 1. tit. 1. n. 24. ripatica accipit pro omni jure publico quòd  
 Princeps in ripis fluminum publicorum habet, vel respectu vecti-  
 galium, vel aggerum, vel etiam respectu juris transfretandi de  
 ripa ad ripam.

C I I.

Recensentur quoq; Regalia MÛLCTARUM POENARUM  
 QVE COMPENDIA, *Ros. concl. 49. Borch. n. 64. Sixt.*  
*c. 8. n. 1. Vult. d. n. 7. vers. jus mulctandi:* quæ licet fisco Imp. soli de-  
 beant.



beantur l. 5. & l. fin. § 4. C. de mod. mult. Tholof. syntagm. d. lib. 3. c. 17.  
n. fn. Cammergerichtis Ordenunge part. 1. tit. 16. § Der Keyfers  
siche Fiscall; ex Imp. tamen concessione vel præscriptione ad a-  
lios etiam principes inferiores, item civitates Imperiales, Comi-  
tes, Barones, etiam quosdam nobiles pertinent. Sixt. d. c. 8. n. 72.  
Focer. de Regal. c. 3. n. 18. Et eò hodiè deventum est, ut hujusmodi  
compendia censeantur pro fructu quæstusq; jurisdictionis. VVesenb.  
in par. C. de mod. mult. Arnis. d. c. 6. n. 17.

### C III

Ponuntur in ordine BONA VACANTIA, quæ dicun-  
tur illius qui sine legitimo hærede ab intestato vel ex testamen-  
to, decedit. l. 1. l. vacantia. C. de bon. vacant. l. pen. C. de præpos. sacr.  
subic. l. fin. C. de petit. sublat. l. un. C. und. vir. rot. tit. C. de hæred. decur.  
l. un. C. si liberal. Imp. soc. l. quidam 95. § 1. ibiq; Gothofrid. de legat. 1. M-  
pian. in fragm. tit. 28. vers. intestati. Peregr. lib. 4. tit. 3. n. 2. & seqq. Ros.  
concl. 52. Borch. n. 67. Sixt. c. 9. n. 1. & seqq. Vult. d. num. 7. vers. jus bo-  
norum, Arnis. d. c. 6. n. 18.

### CIV.

Tum demum verò bona VACANTIA esse incipiunt,  
quando solennitas, in l. fin. C. de bon. vacant. præscripta, fuerit ob-  
servata. Quod si contradictor existat, nec tamen legitimam con-  
tradicens causam habeat, causâ cognitâ per sententiam bona  
declariantur VACANTIA, & sic Imp. fisco adjudicantur.  
l. 7. C. de jur. fisc. Sixt. d. c. 9. à num. 30. ad 41. inclusive. Jus igitur bo-  
na vacantia occupandi civitatibus superiorem recognoscenti-  
bus minimè competit, adeò ut si illa obtentu alicujus privilegij  
arripuerint, revocari jubeantur, Ros. d. concl. 52. n. 2. ibiq; lit. b. si  
tamen præscriptione immemoriali id acquisiverint, & in posses-  
sione sint, meritò in ea defenduntur.

### CV.

Adjiciuntur porrò Regalibus BONA QUÆ UT IN-  
DIGNIS AUFERUNTUR Ros. concl. 55. n. 1. Borch. n. 73.  
Sixt. c. 10. in pr. & n. 7. & seqq. quæ sunt ejusmodi ut acquirantur  
quidem ijs quibus relicta sunt, acquisita verò auferantur, eripi-  
antur, & ad fiscum transferantur. l. 1. in pr. l. pen. de jur. fisc. M-  
pian. in fragm. tit. 19. vers. Lege, Ros. d. loc. n. 3. Indigni autem hic sunt quos-



lex expresse declaravit tales, ita ut ab eis fiscus auferat. *Peregr. lib. 2. tit. 2. n. 2.* Causæ, ex quibus bona alicui ut indigno auferuntur, variæ sunt. *Peregr. d. t. 2. & seqq. Ros. concl. 56. Borch. n. 74. & seq. Arnif. d. c. 6. num. 2.*

#### CVI.

Tres adducit, quas vocat nobiles, *Mat. de Afflict. in d. c. un. verb. quæ ut indignis*, quibus *Sixt. d. c. 10. n. 12. & seqq. Peregr. d. lib. 2. tit. 3. & seqq.* alias addunt. Et quamvis regulariter bona indignis ablata Fisco vindicentur, quibusdam tamen casibus alijs etiam conceduntur *d. c. un. ibi. nisi quæ specialiter, l. un. § 12. C. de cad. rollen. ibiq. Gothof. l. 1. C. de secund. nupt. Nov. 22. c. 22. Sixtin. d. c. 10. n. 97. & seqq.* ubi plures regularis juris exceptiones ponit.

#### CVII.

Nominantur præterea *in d. c. un. BONA CONTRA- HENTIUM INCESTAS NUPTIAS*, *Rosenth. concl. 58. Sixt. c. u. n. 1. Borch. n. 78.* Et censentur esse illæ, quæ ob sanguinis conjunctionem vel adfinitatem prohibentur, *l. fin. de rit. nupt. l. 5. de quæst. l. ult. in fin. de condict. sine caus. l. si adulterium 38. in pr. & §§ seqq. ff. ad l. Iul. de adult. § ergo non omnes inst. de Nupt. tot. tit. C. de incest. nupt. Covar. de sponsal part. 2. c. 6. § 8. n. 1. Ulp. in fragm. tit. 5. Pænæ illarum à Sixt. d. c. u. n. 8. & seqq.* referuntur variæ, inter quas etiam confiscatio bonorum est.

#### CIIX.

In quam licet ipso jure conjuges incurrant, *Soar. in thes. recept. sent. in verb. nuptijs incest. Peregr. lib. 4. tit. 5. n. 16. Covar. d. loco n. 6.* deficientibus videlicet liberis, *Authen. incestas C. de incest. nupt. Nov. 12. c. 1. ad avocandam tamen possessionem sententiâ facti declaratoriâ, per quam crimen commissû declaratur, opus esse, omnino putamus. c. cum secundum in fin. de heret. in 6. Peregr. d. lib. 4. tit. 3. n. 23. Geil. 2. de pac. publ. c. 3. per tot. Mynsing. 6. obs. 77.* ubi tradunt, quod videlicet omnia mundi jura, pænâ aliquam ipso jure imponentia, intelligenda sint secutâ sententiâ de facto declaratoriâ. *Sixt. num. 37.*

#### CIX.

**BONA DAMNATORUM** seu **PROSCRIPTO- RUM**, prout in novis constitutionibus continetur, fisco quoq; applicantur. *Ros. concl. 59. Sixt. c. 12. Borch. n. 81.* si videlicet non existant



existent descendentes & ascendentes, *Nov. 134. c. fin. licet olim*  
dimidia tantum pars liberis relicta fuerit, altera fisco applicata.  
*l. 1. § liberis de bon. dam. l. 4. l. 10. C. eod. Roland. vol. 2. conf. 98. num. 4.*  
*Borch. n. 83 VVesemb. in par. de bon. damn. n. 5* Interpp. admittunt quoq;  
collaterales usq; ad tertium gradum, *Auth. Bona damnatorum C. 6.*  
*t. Rosenth. d. concl. 59. n. 1. ibiq; lit. b.* Quod tamen contra expressum  
*d. Novel. 134. c. fin.* textum affirmare vix tutum esse putamus.

C X.

Quamvis autem multi reperiantur Dd. qui hodie per totum  
mundum, excepto crimine læsæ Majestatis, publicationem hanc  
abolitam esse nec observari, nisi speciali consuetudine vel statuto  
aliud introductum esse constet, constanter adserant, quos videre  
licet *apud Sixt. d. c. 12. n. 93. Peregr. lib. 5. tit. 1. n. 8.* cum illis tamen  
facere haud possumus, cum contrarium observari constet. *Heig.*  
*part. 2. q. 33. n. 46. usq; ad fin. Peinliche Halsgerichts Ordnung /*  
*artic. 218. ibi: oder sonst in anderen fellen / & artic. 135. Po-*  
*licey Ordnung Anno 1577. tit. 18. I Hirauff haben / junct. I*  
*Bnd wo die. Sixt. num. 94. & seqq.*

C XI.

Porro Regio juri adscribuntur ANGARARUM & PA-  
RANGARARUM, PLAUSTRORUMQUE & NAVI-  
UM PRÆSTATIONES. Angararum vocabulo onera si-  
gnificantur, quæ ratione cursus publici injunguntur, & sunt pro-  
priè, quæ cursus publicus dispositus est, cum parangaria sint,  
cum aliò versum sive in obliquum itur, *Cujac. ad rubr. C. de curs.*  
*publ. ibiq; Gothofr. Borch. n. 84. Sixt. c. 13. n. 39.*

C XII.

Neque ad hunc solum, sed latius ad alios etiam usus, sicut  
plaustra navescq; *l. ult. C. de fabric. Sixt. d. c. 13. n. 10. & seqq.* puta ad  
transvectionem armorum, instrumenta, sarcinas, impedimenta  
exercitus portanda pertinent, quamvis hïc à præstationibus na-  
vium & plaustrorum distinguantur.

C XIII.

Præstationes autem hæ, non inter personalia vel mixta, sed  
patrimonialia munera referenda sunt. Indicuntur enim rebus  
& possessionibus non personis *l. ult. § patrimoniorum ff. de mun. &*  
*honor.*



*Honor. l. 2. C. de præpos. sac. cubic. VVesemb. in par. de mun. & hon. n. 2. Gothofr. adl. sunt munera lit. o. de vacat. mun. Sixt. n. 18. & seqq. & n. 34. Rosenth. concl. 70. Et ab huiusmodi præstationibus nemo excusatur, præsertim si Imp. in expeditionem aliquam profiscatur, vel aliqua publica urgeat necessitas l. nullus C. de curs. public. l. 2. C. de quib. mun. l. 2. C. de nav. non. excus. l. neminem u. C. de Sacr. Eccles. Sixtin. num. 25. & seqq.*

#### CXIV.

**ARGENTARIÆ.** Quo nomine metallorum omnium fodinas, præsertim pretiosiores intelligi dicimus. *Sixt. lib. 2. c. 16. u. 5. & 31. Rosenth. d. c. 5. concl. 88. Vult. d. c. 5. n. 7. vers. Argentariæ Borch. d. c. un. n. 87. Electoribus verò hoc regale, Regiq; Bohemix nominatim conceditur, quòd eo pertinet, ut illi soli simpliciter & absq; ulla recognitione vel pensione id obtinere intelligantur. Aur. Bull. c. 9. Simon Pist. conf. 4. n. 7. VVes. conf. 45. n. 24. quavis eadẽ prærogativã hodie & alios principes gaudere dicat Sixt. n. 81.*

#### CXV.

Distinctio autem hïc inter loca, in quibus metalla effodiuntur, adhibenda est. Nam si ea publica sint, dubitari non debet, quin metalli fodinæ ad regalia pertineant: *Peregr. lib. 4. tit. 2. n. 12. Sixt. d. c. n. 32. Eiusdem etiam conditionis sunt pretiosi lapides & gemmæ. Peregr. d. tit. 2. n. 13. Heig. p. 1. q. 13. n. 37. & seq. Sixtin. n. 31. Knüch. de jur. Saxon. vocab. Bergwerck vnnnd Saltwerck. Secus autem hoc se habet in locis privatis. Privati enim etiam possidere possunt fodinas & inde fructum percipere, cum in eorum fundis inveniuntur, l. 9. § 2. l. 13. § 5. de usufr. l. 3. Sult. & l. seq. de reb. eor. qui. sub. tut. cum onere tamen partis decimæ, l. 2. & 3. C. de metall. Peregr. d. loc. n. 11. VVesemb. d. conf. 45. n. 25. Schneid. in § constituitur n. 6. Inst. de usufr. Sixt. n. 34. & seqq. & 43. & seqq. In his autem omnibus, quid hujus vel illius loci consuetudo ferat, diligenter spectandum est.*

#### CXVI.

Hic pulchrè quæritur, anne consuetudo illa, ut privatus vel aliquis à Principe deputatus, in alieno fundo invito domino, ita metalla quærere & fodere queat, ut domino fundi nihil ratione interesse vel damni refundatur, valeat & attendenda sit? Nos

eam



eam jurigentium ac naturali repugnare, nec rationabilem sed diabolicam esse dicimus cum *Affl. in h. c. un. n. 7. Bald. in l. sicut C. de servit. § 19. Sixt. n. 77.*

### CXVII.

PALATIA in civitatibus consuetis. *Pereg. lib. 1. tit. 1. n. 26. Rosentb. d. concl. 88. Sixt. c. 17. n. 1. & seqq. Vult. d. n. 7. vers. palatia.* Quæ sunt ædes ad usum Imp. comparatæ, & ab omni privatorum usu & communi habitatione exceptæ, *l. un. C. de palat. & dom. l. Quicumq; 17. C. de oper. publ. nisi specialiter Princeps permiserit. l. fin. C. de off. rect. prov. d. l. Quicumq;.* Palatia verò hæc non in omnibus, sed certis civitatibus fuerunt. *h. c. un.* In Germania civitates, in quibus Imp. sua habuisse palatia constat, sunt, Nurnberga, Aquisgranum, Goslaria, &c. *aur. bul. c. 25. Sixt. d. c. 17. n. 19. & seqq.*

### CXVIII.

PISCATIONVM & SALINARVM REDITVS. Per piscationum redditum vectigal, quod ex piscationibus, quæ in mari & fluminibus publicis fiunt, fiscus Imp. capit, intelligitur. *Hotom. in h. c. un. in verb. piscationum.* Jus verò piscationum Regalibus non annumeratur, jure enim omnibus est commune § *flumina, Inst. de rer. divis. l. 4. in fin. eod. l. 1. de acquir. rer. dom. l. 3. §. ult. de injur. l. 2. § 9. ff. ne quid in loc. publ. Sixt. c. 18. n. 7.*

### CXIX.

Jus venandi feras bestias nonnulli interpp. Regalibus accensent, & sub piscationum redditibus contineri arbitrantur. Quod quamvis neoterici maximè defendant, *Heig. part. 1. q. 15. per tot. Knib. de jur. Sax. c. 5. verb. Walde/ Wildtbahnen/ Jagte/ Pruckm. de venat. § Venatio c. 1. Sebast. Medic. de venat. part. 1. q. 27.* & usus probet; juris tamen rationi hanc traditionem, ut & inter majorem & minorem distinctionem minus convenire putamus. *Vult. d. c. 5. n. 7. vers. an etiam.*

### CXX.

Magis verò improbamus consuetudines, quibus feras, fructus agrorum depascentes occidere subditi vetantur. Perversè deniq; sentire remur eos, qui ferinum sanguinem humano vindicandum statuunt, cum *Heig. d. q. 15. n. 75. & seqq. Knib. d. loc.*

E

IB



## CXXI.

In SALINIS eadem, quæ de argentiarijs dicta sunt, obtinere putamus. *Cujac. 3. observat. 31. Sixtin. cap. 19.*

## CXXII.

Regalium etiam in numero sunt BONA COMMITTENTIVM CRIMEN LÆSÆ MAJESTATIS, quod à molientibus aliquid contra populum Romanum, vel ejus securitatem committitur; hodiè verò, translato Imperio, contra Imp. solum; *l. quisquis 5. C. ad L. Iul. Majest. l. 1. ff. eod. VVesemb. in par. eod. n. 2. 3. & 4. Rosenth. concl. 69. Borch. n. 88. & seq. Vult. 1. jurispr. Rom. c. 47. n. 3. c. 20. n. 5. 6. 7. & 8. Thom. Mich. de jurid. concl. 7. quamvis per Aur. Bull. Carol. IV. tit. 24. in Imperij Electores, quia in ipsis Imperij cura etiam recumbat, idem committi dicatur, Heig. part. 1. q. 4. n. 26. & seq. Myns. resp. 44. n. 9. & seq. Sixt. d. c. 20. n. 26.*

## CXXIII.

Ultimo loco inter Regalia computatur; DIMIDIUM THESAURI in loco Cæsaris inventi; non datà operà, vel loco religioso: Si datà operà sit inventus, totum Cæsari Fiscoq; adjudicatur. *h. n. c. un. l. 3. §. pen. Peregr. de jur. Fisc. Thesaurus autem hic non est ea pecunia quam quis vel lucri, vel metus, vel custodiæ causa sub terra condidit, & à quo, & quando abscondita sit, non ignoratur, sed est vetus quædam pecuniæ depositio, cujus memoria non extat, ut jam dominum non habeat, l. nunquam 31. §. 1. de acquir. rer. dom. Peregr. de jur. fisc. lib. 4. tit. 2. n. 1. Rosenth. concl. 92. Borch. n. 91. & seqq. Sixt. d. lib. 2. c. 21. n. 3. & seqq. Et vocatur fortuna donum, l. si 63. §. 1. & 3. d. tit. Dei beneficium, l. un. de Thesaur.*

## CXXIV.

DATA OPERA *inquit Freder.* Vnde, cujus sit thesaurus magicà arte inventus, quæritur? Nos Fisco eum assignamus, & ejusmodi scrutatorem puniri posse dicimus. *d. l. un. ibiq; glos. in verb. arte l. 5. C. de malefic. Peregr. d. tit. 2. n. 2. Schneid. ad §. thesauros, num. 5. ibiq; commun. Dd. Instit. d. rer. divif. Vult. d. num. 7. verif. thesauri. Ros. d. concl. 91. n. 3.*

COROL-



# COROLLARIA

## I.

Præmissis his Regalibus, an merum Imperium, quod Germanicè das Halsgerichte / oder Blutban/ appellatur, annumerari debeat, valdè controvertitur. *Vid. Ros. c. 5. concl. 4. n. 4. ibiq; lit. d. allegat. à quorum sententia nos recedimus.*

## II.

Civitas aratrum passa, si iterum restituatur, quæsitum fuit, an recuperet Regalia quæ possidebat? Et verius est ea quoq; recuperare, sed tamen cum distinctione.

## III.

Donatio à Constantino Imperatore Sylvestro Pontifici facta quæ prætenditur, tam antiquis quam recentioribus in facto & jure meritò vana visa fuit.

## IV.

Pontificem Romanum nec jure divino nec humano in Imperatorem sibi ullam potestatem vel imperium vindicare posse, asserimus,








*Ad praestantissimum*  
**DN. RESPONDENTEM,**  
JURIS CANDIDATUM EXIMIUM,  
amicum & popularem carissi-  
mum.

**A**rtis opisq; Themis quicquid sibi postulat, altâ  
Mente animi aggressus, quàm THEODORE tibi  
Quàm tibi prompta venit! Musis comitata noventis!  
Pectore quàmque velit semper inesse tuo  
Quis negat? auspicijs majoribus ire per altum  
Vidi equidem, & quis non sentiat ac videat?  
Lucernam redolere THESESES testabitur ille,  
Cui cerebri quicquam i mica vel una salis.  
Ergò tuis qua digna Themis mox premia captis  
Destinat, & capiti imponere gestit ovans  
Prævenio votis. Quidni? quia purpura homullos  
Hæc reficit, serus at Bubalus hanc refugit.

JOHANNES AFFELMANN D.  
& Professor Theol.
















e naturali repugnare, nec rationabilem sed di-  
aus cum *Affl. in h. c. un. n. 7. Bald. in l. sicut C. de*  
77.

### CXVII.

in civitatibus consuetis. *Pereg. lib. 1. tit. 1. n. 26.*  
*xt. c. 17. n. 1. & seqq. Vult. d. n. 7. vers. palatia. Quæ*  
Imp. comparata, & ab omni privatorum usu  
atione excepta, l. un. C. de palat. & dom. l. *Qui-*  
*abl. nisi specialiter Princeps permiserit. l. fin.*  
*l. Quicungq.* Palatia verò hæc non in omnibus,  
is fuerunt. *h. c. un.* In Germania civitates, in  
habuisse palatia constat, sunt, Nurnberga, A-  
aria, & c. *aur. bul. c. 25. Sixt. d. c. 17. n. 19. & seqq.*

### CXVIII.

ONVM & SALINARVM REDITVS.  
ditum vectigal, quod ex piscationibus, quæ in  
publicis fiunt, fiscus Imp. capit, intelligitur.  
*verb. piscationum.* Jus verò piscationum Regali-  
tur, jure: enim omnibus est commune § *flu-*  
*vif. l. 4. in fin. eod. l. 1. de acquir. rer. dom. l. 13.*  
*ff. ne quid in loc. publ. Sixt. c. 18. n. 7.*

### CXIX.

ras bestias nonnulli interpp. Regalibus accen-  
onum redditibus contineri arbitrantur. Quod  
maximè defendant, *Heig. part. 1. q. 15. per tot. Knich.*  
*Waldte/ Wildtbahnen/ Jagte/ Pruckm. de*  
*Sebast. Medic. de venat. part. 1. q. 27.* & usus pro-  
tioni hanc traditionem, ut & inter majorem  
ationem minus convenire putamus. *Vult. d. c. 5*

### CXX.

probamus consuetudines, quibus feras, fru-  
centes occidere subditi vetantur. Perversè de-  
eos, qui ferinum sanguinem humano vindic-  
um *Heig. d. q. 15. n. 75. & seqq. Knich. d. loc.*

E

18